

de rer. divif. & l. 18. cod. de furis. & exc. 3. de raptor. & ex Bullis Jolii II & Pauli III. Quia falva facta sunt domino tuo, qui femper habuit voluntatem ut ad fe reverterentur; res enim five in periculo, five extra periculum, femper est domini fui.

Quæft. XXI. An, & cui reftitui debent bona inventa, & bona ac debita incerta?

Nota. Bona ac debita incerta dicuntur ea, quorum dominus vel creditor, vel ejus heres cognofci vel inventiri nequit post diligentem inquisitionem, que judicio prudenti fufficit pro rei gravitate. Hinc non funt incerta dum conftat ea deberi certe communitati, vel majori ejus parti. Item confervari debent, quando est fpes pluribus refideatur. Quod fi dubium prudenter refolvi nequit, inter illos ex æquo divifi debet juxta quantitatem dubii, ut fervetur equalitas.

Refp. 1. Bona aliena inventa, quorum dominus vel ejus heres, poft diligentem inquisitionem, cognofci non potefit, impendi debent in pauperes, vel in alia pia opera. Quia r. Carechifm. Rom. dicit: Si rerum inventorum dominus nulla variane inveniri potefit, illa funt bona in ufus pauperum conferenda. 2. Sententia communis Doctorum, teste Lefcio, cum S. Th. docet, ita impendi debere, & quidem jure naturali, quod fati patet ex ratione qua utuntur. 3. Res que remanent in dominio alterius, fi nequeant ei reddi, jure naturali impendi debent fecundum ejus voluntatem rationabilem, & prudenter prefumptam: nam non licet de eo cuquam aliter quam ex ejus voluntate difponere. Ad hac cenfetur rationabilis voluntas dominorum, ut talia bona impendantur in pauperes, vel in alia pia opera; cum fic impendantur optimo quo impendi poffunt modo, & id cedat in fuam vel fuorum, vel publicam utilitatem, nulluque fit, qui non patet, elemofynam effe opus bonum, & utile. Jam vero qui amiffit aliquid, femper retinet ejus dominium: nemo enim amittit dominium rei fuæ, nifi vel fua propria voluntate, vel lege aliqua, aut fententia jufta, non autem cafu fortuito. Unde illud S. August. c. Si quid 14. q. 3. Si quid invenit, & non reddidit, recuperat. Ex Auth. Cod. Omnis. Cod. Communis de juffici. lbi: Si inopari decelferint, & peregrini & adventi ad hofpitium nihil perrenerint, fed bona ipforum per manus Epifcopi, fi fieri potefit, hereditas tradantur, vel in pias cauffas erogentur. Et ex l. 44. §. de furis, lbi: Qui alienum quid faciens lucri faciendi cauffa furtivè furti obtingit, five fit cuius fit, five ignoret: nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius fit ignoret.

Nota. Si in rei inventione nullus labor, vel fumptus impenfus fuit, inventor non potefit quidquam retinere aut exigere, quia nullum habet ad id titulum; fed teneat rem totam gratis domino vel pauperibus reddere; nullum enim habet jus retinendi quidquam ex re aliena, & injuftum eft ut quis rem fuam pretio fibi comparet. Potefit tamen accipere, quæ ipfi dantur, vel liberè liter ex gratitudine, modo nihil exigat, vel propter laborem, fi quis fuerit.

Refp. 2. Bona vel debita incerta five ex delicto, five ex contractu, vel ratione rei acceptæ, reftitui debent pauperibus vel aliis piis cauffis, idque jure naturali fecundum communem fententiam, teste Delugo, De bonis injufte partis conftat, r. Ex c. 3.

de ufur. ubi Alexander III. jubet ufuras pauperi. bus reftitui, fi non fuperint in quibus debentur, vel eorum hæredes: Cum non remittatur peccatum, nifi reftitutus oblatum; que ratio valet pro quibufvis debitis faltem ex delicto. Et ex c. Nemo, qui rapit, moriens, fi habet unde reddat, fubjacet, Si eos, quorum fuit, invenire non poterit, Refp. vel pauperibus tribuat. 2. Nemo debet commodum ex fua iniquitate poffidere. 3. Dominus non vult ea retineri ab injufto reftitutor; alioqui daretur occasio injuriis inferendis fibi fpe juftæ retinendi injufte paræ.

De bonis ac debitis non ex delicto conftat etiam ex delictis, quia bona, ac debita incerta funt inftar rerum inventarum, quarum dominus cognofci nequit, & eadem eft ratio pro illis; ergo idem eft judicium de illis. Etenim vero bona, que non poffunt tradi domino, vel creditoribus, nec ejus hæredibus, jure naturali impendi debent fecundum voluntatem ejus rationabilem prudenter prefumptam, & ei reftitui meliori modo quo poffunt, idæoque dari pauperibus, vel piis cauffis, cum id ei vel hæredibus vel Reip. profuit.

Sed quid fi poft applicationem inveniantur dominus?

Refp. 1. Si ante diligentem inquisitionem bona, vel debita incerta impendit in pauperes, teneat adhuc reftituere domino comparenti. Eft communis fententia. Quia fecit injuriam vero domino, qui jus habet ne bona fua omnino diligenti inquisitione alienentur; & quia tua culpa eft, quod non invenieris dominum. ut ei redderetur bona quando reddi poterat. Si tamen res adhuc exiftat apud pauperem, vel locum piùm, hic reftituere teneat; quia qui dedit non potuit tranfferre dominium, quod proxime manet apud dominum. Quod fi poft diligentem inquisitionem erogati pauperibus, ad nihil teneat; non enim teneat ratione rei acceptæ, cum nihil apud te extet, neque in ratione injuriæ, quia jam reftituiti eo modo quo poffuit ac debuit, neque ex contractu, aut lege, cum nihil horum fit. Si tamen ea tibi tanquam pauperi applicafti, Lefcius docet te teneat ac reftituere domino poftea cognito, modo adhuc extet in fe vel in pretio; quia teneat ratione rei, nec es in tanta neceffitate, ut ea tibi poffis referre.

Recte autem moment, ut res inventa vel debita fit magni momenti, potius eam xenodochio, vel monafterio pauperi, quam aliis pauperibus dandam effe, fub obligatione eam reftituendi domino, fi comparuerit. Si tamen bona fide in alios pauperes diftributa fuerit, cum jam nulla fpes fuperfuffet inveniendo dominum, ad nihil amplius diftribuit tenebit, cum adhibuit debitam diligentiam ad reftituendum domino, & jam reftituit fecundum ejus voluntatem rationabilem prefumptam.

Refp. 2. Secundum multos, pauper vel pius locus, cui bona incerta erogata funt, non teneat ea reftituere domino comparenti, nifi data fuerint fub hac conditione. Quia pauper, vel locus pius acquiritur absolute domino: nam res ei absolute donata eft, cum dominus non poterat cenferi invitus. Sed alii docent rem reftituendam effe fi adhuc extet in fe vel in æquivalenti, quia donatio facta eft fub conditione tacita, Si non compareat dominus; alioqui negotium ejus non effet fat bene geftum.

sum: quod mihi videtur probabilis de re, quæ adhuc extat in fe.

Quæft. XXII. An qui habet rem alienam teneat ad reftituendum, fi percat, vel deterior fiat ex cafu fortuito?

Refp. Qui rem alienam injufte accepit, vel detinet, ex communi fententia teneat de damno omnino etiam fortuito, quia ratione injuriæ teneat dominum rei indemnem fervare. Qui vero rem alienam bona fide vel ex contractu habet, non teneat de cafu fortuito, fi abfint culpa, mora, & pactum, ex l. 23. §. de regul. jur. & c. unico de commodat. Quia his delictis res quælibet perit domino, l. 9. Cod. de pignor. aft. Et vero cafus fortuitus eft extra humanam prudentiam, cum fit inopinatus reventus, qui ab homine provideri aut vitari non potuit, ut incendium, latronum vis, mors &c. Sed fecundum omnes, teneat de cafu fortuito, fi in re creditur pactum de illo preftando, nam pacta obligantur ex juftitia, r. Si fit in more culpabili reftituendi, ut in tempore ftatuto non reftituit rem cum poffit, & hæc poftea perierit. Nam ex reg. 23. jur. in 6. Mora fua culpa fit necius: fi enim reftituit, fure non periffit; & per moram culpabiliter fit injufus detentor. 3. Si ex culpa dedit occasionem cafu fortuito, non obfervando pactum, ut fi re ufus fit in alio loco vel tempore alio, quam quo conventum eft, & magis periculofe, in coquo res perit; vel fi contra pactum ignem accendit in re locata; que poftea cafu combufta eft. Nam peccavit contra juftitiam, quod fi non feciffet, damnum non fuiffet; & quia qui occupationem damni dati, damnum videtur dediffe, cap. ult. de injur. Hac traduntur c. 2. de depol. Pacto, culpa, vel mora præcedentibus, cafus etiam fortuitus imputatur.

C A P U T I V.

De cooperantibus ad damnum.

Quæft. I. An qui cooperantur ad damnum alterius teneant ad reftituendum?

Refp. Affirm. Ita omnia. Quia qui quoquo modo funt cauffa efficaci injufta damni, teneant illud referare; nam quifque jus habet, ne ei quoecumque modo directe, vel indirecte, immediate vel mediate damnum fine jufta cauffa & auctoritate inferatur, & referari injufte illarum, ex c. ult. de injur. ubi Gregor. IX. ait: Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata, feu alia irrogantibus opem forte tuliffi, aut hæc imperitia tua hoc negligentia evenierint, jure fuper his fatisfacere te oportet. Nec ignorantia te excufat, fi fere debuiſſi, ex factis tuo injuriam veriffimè poſte contingere vel faturam. Hinc Innoc. XI. damnavit hanc propofitionem: Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non teneat ad reftituendum illius damni illi.

Novem autem funt modi, quibus quis potefit cooperari damno alterius: unde fecundum omnes, cauffe cooperantes funt novem, fcilicet mandans, confilens, contentiens, palpo fe adulator, receptor, participans, mutus, non obftans, non manifeftans. Quæft. II. Quid requiritur ut cooperantes teneantur ad reftituendum? Refp. 1. Requiritur ut fua cooperatione fuerint cauffa damni: Nam qui non eft cauffa damni, nullum damnum reſpica intulit: fed qui nullum damnum intulit, nullum teneat referare. Porro non femper confilium, adulator, vel aliquis hujusmodi effe efficace cauffa rapina. Unde tunc ſolum teneat compilarator aut palpo ad reftituendum, quando probabiliter eſtimari poteſt, quod ex hujusmodi cauffa fuerit injuſta acceptio ſubjecta; ait S. Th. 2. 2. q. 62. art. 3.

Juſſo, confilium, conſenſu, palpo, receptuſſe. Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans.

Quæſt. II. Quid requiritur ut cooperantes teneantur ad reſtituendum?

Refp. 1. Requiritur ut fua cooperatione fuerint cauffa damni: Nam qui non eft cauffa damni, nullum damnum reſpica intulit: fed qui nullum damnum intulit, nullum teneat referare. Porro non femper confilium, adulator, vel aliquis hujusmodi effe efficace cauffa rapina. Unde tunc ſolum teneat compilarator aut palpo ad reſtituendum, quando probabiliter eſtimari poteſt, quod ex hujusmodi cauffa fuerit injuſta acceptio ſubjecta; ait S. Th. 2. 2. q. 62. art. 3.

Refp. 2. Ut juſſores, confilens, contentiens, laudans, receptator, adjuvans teneantur reſtituere, fuſſet ut executor mandato, confilio, contentuſſe, adulatione, recuſa vere moris, vel alterius auxilio ac opera adjuvus fit ad damnum inferendum. Quia tunc funt vere cauffa damni; neque enim eft de ratione vere cauffæ, ut non poſſit non ponatur effectus, fed tantum, ut ex eaſequatur effectus, nam cauffa efficace eſt præſe eam, ex qua phyſice, vel moraliter provenit effectus. Ita Covarruv. Caſer. Sor. Azor. Vaſq. Molin. Leſſ. Delugo, & alii. Iſſe cerum eſt, inquit Leſſius, etiam ſi alius non deſuſſet, qui juſſiſſet, conſuluiſſet, adjuviſſet &c. nec credibile eſt aliquos illi negare; ne eos quidem, qui inſtitutio requiritur, ut aliqui damnum fecerunt non fuiffet, fed ſeppant nullam aliam cauffam fuiffet ſuperſeventuram: alioqui curam opinio eſt aperte falſa. Quia talis ita eſt cauffa damni in hoc caſu, ut ſi ipſe, vel alius ſimilis non moveret vel adjuvaret executorem, damnum non fieret: ergo vel eſt cauffa, fine qua non fieret damnum; nam cauffa fine qua non eſt ea, que ita cooperatur, ut fine ipſa vel ſimili ſuperſevente, non fiet effectus a cauffa executive. Igitur juſſores, confilens, adjuvans &c. teneant reſtituere, etiam ſi non deſuſſet alius, qui juſſiſſet, conſuluiſſet, adjuviſſet &c. Etenimvero alium prævidendo in injuria, contraxit obligationem, quam ipſe contraxiſſet, & alioqui qui damnum injuſte paſſus eſt ab aliis, non habet jus exigendi reſtitutionem ob multitudinem hominum iniquorum.

Quare ſolum controversia iſſe poteſt, quando executor abique illo confilio, mandato, laude, miſerifio, auxilio, idem damnum allaturus fuiffet, quamvis nulla alia ſimilis cauffa fuiffet ſuperſeventura: quia nemp jam erat ex ſe ad id paratus, & promptus. Tunc etiam eſſe obligationem reſtituendi affirmant Cajetan. Sor. Medina, Vaſq. Molina, quos referit, & ſequitur Delugo affertens hæc eſſe communem ſententiam inter recentiores, modo revera fua confilio, mandato vel auxilio cooperetur de factio ad damnum. Quia talis eſt vera cauffa damni: nam eſſe cauffam non eſt quod illa deſiciente effectus non fieret, fed quod illa etiam reſpica cooperetur ad damnum. Nec obſtat quod executor jam ex ſe eſſet cauffa efficace damni; nam tunc cauffa totales morales poſſunt concurrere ad eundem effectum, atque etiam duo motiva totalia, ita ut uno corum deſiciente effectus adhuc ex vi alterius fieret, v. gr. fi medicus eſt in aliquo loco vocatus a duobus infirmis ad eos curandos, ita ut propter ſignos

ingulos foris iter, movetur quidem ab utroque, tamen ut altero deficiente iter; tunc singula motiva vere concurrunt, & tamen altero deficiente effectus fieret. Unde quoties tunc consilium vel auxilium vere movet & infuit, licet eo deficiente idem damnum fieret, adhuc vere est causa damni; nam vere damnum adhuc oritur ex tuo consilio &c. Ceterum in quodam alter tu consilio &c. efficaciter motus fuerit ad damnum inferendum, necne, tenetur restituere. Quia in dubio nemo presumitur maius sua sponte facturus; & quia possessio stat pro obligatione restituendi, cum confer potest esse causam de se damni illati. *Vide dicta Reg. XI.*

Sed quid, si executor confuso, aut alia simili causa motus est tantum ad damnum inferendum facturus, confidens, vel citius?

Resp. Multi negant mandantem aut consententem teneri tunc restituere. Quia tunc rem moraliter estimando, non est causa efficax damni, & nihil interest ad damni illationem an facilius, confidens &c. illatum sit, si revera sublato consilio &c. illatum fore visisset ab executeore iam ad ultro determinato: & tunc consulens, laudans &c. non tam leve causa substantiat damni, quam modi vel circumstantie, qua mandatur executioni, ut nempe sit hoc modo, hoc instrumento, hoc tempore &c. Ergo non tenetur substantiam damni rependere. Et ita sentit dicitur S. Thom. in 4. dist. 43. q. 1. art. 2. ad 2. quæstione, ubi ait de confisente: *Non obligatur semper ad restitutionem nisi in certis casibus, quando probabiliter credit, quod consilium suum fuit efficax, & quod alias iniqua oblatio commissa non fuisset.* Et S. Anton. 2. par. tit. 2. cap. 2. §. 6. ubi dicit, iubentem & consententem teneri de damno, quod alias non fuisset factum, seclusa alia simili causa.

Medina vero, Cajet. Sor. Molina, Vasquez, Reginald. & alii affirmant. Quia adhuc talis est vera causa damni: nam est causa huius individue adionis damnosæ, quæ hic & nunc fit, & ad eam concurrat.

Porro adhuc probabilis est teneri ad restitutionem cum, qui fuit causa ut damnum citius inferretur, tum ex l. 5. §. 6. ad leg. Aquil. ibi: *Si quiservo morisferum vulnus inflixerit, eundemque alius ex intervallo ita percussit, ut maturius interiret, quam ex priore vulnere moriturus fuerat, statuen dum ut utrum eorum lege Aquilia teneri tunc quia aliqui potuisset executor mutare voluntatem, vel impediri a damno inferendo; & sic damnum sine tuo consilio, vel opera potuisset non existisse: & forte non existisset: deinde est causa damni hic & nunc illati.*

Quæst. III. An omnes cooperantes ad damnum tenentur singuli in solidum?

Resp. 1. Mandans, consulens, consentiens, laudans, vel receptans &c. tenetur ad restitutionem totius damni, si causa fuit totius damni; partis vero, si solum partis causa fuit. Nam quisque tenetur rescare totum, & solum damnum, cuius causa iniusta fuit: & quando multi ad idem damnum concurrunt, tunc singuli tenentur in solidum modo iura explandis.

Quoad participantes, cum plures cooperantur ad idem damnum inferendum sic ut singuli sint causa

adionis iniuste, seu conferant in actionem iniustam; ut dum plures communi consilio, opera, auxilio, donum, vincam, horum ipsorum, gregem abiciunt, vel ædes incendunt, aut unus præbet aliis instrumenta, v.g. claves, arma, scalas &c. tunc singuli tenentur in solidum, id est, unusquisque tenetur non solum restituere pro sua parte, sed etiam rescare totum damnum, si alii non restituant, vel quia nolunt, vel quia non possunt. Nam singuli in totum damnum inflexerunt communi conspiratione, opera, vel auxilio, & re ipsa actio damno est communis omnibus: ideoque singuli sunt causa totius damni, & quidem totalis totalitate effectus; cum totum damnum oriatur a singulis, licet sint participans causa partialitate causæ, ex l. 1. §. 6. ad leg. Aquil. Ad obligationem autem in solidum satis est quod quilibet eorum sit causa, ex qua damnum illatum est, five unus foris ad illud sufficeret, five non: nam licet posset unus per seipsum foris damnum inferre; at re ipsa hic & nunc sine hoc tanquam socio alius damnum non inferat, & sic uterque est causa damni in totum. Ita Covarruvias, Castellanus, Sotus, Molina, Lessus, Tamerus &c. Nec obstat, quod concurrant ad totum damnum solum partialitate causalitatis, ideoque solum partialiter damnum a singulis proveniat: nam hoc probat, singulos teneri tantum absolute ad partem damni, hypothetice vero ad totum, seu ex hypothese quod alii non restituant, qui tamen suam partem tenentur restituere alteri pro se restituunt, cum adhuc damnosa vere a singulis manet.

Hæc autem obligatio in solidum ad totum magis adhue constat respectu participantis, quia ita concurrat ad damnum, ut sola eius actio sufficeret ad illud creandum, licet non sola illud creaverit. Quia ex modo quo infuit, totaliter potest effectum, & est causa simpliciter utilis: Ut si duo simul lethaliter vulnèrent aliquem, simul eum occidunt, qui singuli ponunt id quod sufficit ad eius mortem. Ita Delugo. Item respectu causæ partialis, sine cuius causalitate, & cooperatione, quavis alia causa superaddita, effectus non fieret, nam tunc moraliter loquendo & in estimatione prudenti singule eiusmodi causæ partiales æquivalent totalibus: nam licet singule non possint ponere effectum & damnum, possunt tamen illud impedire subrahendo cooperationem, sine qua effectus non fieret. Ita idem Delugo, Vasquez.

Quando vero plures sic damnum inferunt, ut singuli solum faciant partem damni, independentem se mutuo, ita ut unus non moveat, nec incitet, nec adjuvet alium, ut cum plures per se separatim, sine communi consensu, compuratione & opera damnum inferunt; tunc singuli non tenentur in solidum, sed solum pro sua parte, & independentes se invicem. Quia tunc unusquisque non est causa totius damni, sed solum partis damni, quod per se intulit.

Resp. 2. Causæ negativæ damni, seu non impediens, non manifestans, scilicet, mutus, non obediens, non manifestans, cum ex iustitia tenentur impedire, ex communi obligantur in defectum aliorum ad restitutionem in solidum. Quia sunt causa iniusta totius damni post alios; nam causa permixta damni contra debentur iustitie, est vera illius causæ iniusta, eam potuisset, & debuisset ex iustitia impedire, nec tamen impeditit: unde violavit ius, quod

quod alter habebat, ut ejus damnum impediret, quod ei proinde merito imputatur.

Quæst. IV. Quo ordine cooperantes tenentur ad restitutionem?

Nota 1. Constat omnes ad grave damnum iniustum quovis modo cooperantes peccare mortaliter: nam Rom. 8. *Digni sunt morte, non solum qui faciunt peccatum grave, sed etiam qui consentiunt faciendis.*

Nota 2. Is dicitur primo loco teneri ad restitutionem, qui sic est eam tenetur, ut ipso restitente ceteri nihil debeant: & alteri restituenti, ipse, quod solvit, totum rependere tenetur. Secundo loco teneri dicitur, qui si restituerit, ceteri nihil debent excepto primo, qui totum solum tenetur ei rependere: & sic de aliis.

Resp. Inter obligatos in solidum hic ordo ex continui doctorum sententia servandus est. Primo loco, & ante omnes tenetur is, apud quem res aliena extat in se. Nam qui rem aliam in individuo habet, tenetur eam restituere ratione rei acceptæ, ideoque primario: res enim aliena, quando extat in se, per se debetur domino, & semper clamatur pro eo.

Quod si res aliena jam non extat in se, & is ad quem pervenit, consumpsit aut alienavit eam mala fide, sciens, aut saltem dubitans esse alienam: tunc adhuc ante omnes tenetur ejus pretium restituere: quia pro possessore habetur, qui dolo desit possidere, regul. jur. 36. in 6. & quia nova injuria, quam fecit alienando vel consumendo, non liberat eum a restitutione primo loco facienda, perinde ac si rem haberet; alioqui ex iniquitate iura commodum reportaret. Præterea, cum ex re aliena sciens ac volens præ ceteris commodum perciperit, æquum est ut præ ceteris restituere teneatur.

Si vero rem alienam habens, eam consumpsit, alienavitque bona fide, ignorans esse furivam, is non tenetur restituere, nisi quantum ex ea re factus est ditior, cum fuerit possessor bonæ fidei. Ad hoc tamen primo loco tenetur, quia quoad hoc habet rem alienam in æquivalenti, & ex ea præ ceteris commodum percipit. Quare si alterum damnum compenstat, is ad quem res furiva pervenit, tenetur huic restituere rem, si adhuc extet, vel ejus pretium, si mala fide consumpsit, vel quantum ex ea ditior factus est, si consumpsit bona fide: nam jus domini translatur est in eum, qui damnum compenstat.

Secundo loco, mandans, seu iubens; quia est causa magis principalis: executor vero se habet ut ejus instrumentum. Nam damnum non solum jubentis motione, sed etiam nomine & auctoritate executionis necessitatem quandam moraliter imprimere fit. Item qui fraude induxit, vel metu aut vi coegit, & cui alter non est ausus contradicere; nam iniuste coegit executeorem in obligationem restituendi, eique & damificato injuriam intulit; & sic debet executeorem indemnem servare, ideoque prius rescare totum damnum inde secutum. Quare si is restituerit, nihil tenetur executor ei rependere.

Eodem tenetur quod jubens loco tenentur is, qui suo nomine damnum fieri rogavit, aut fuisse suo nomine fieri; quia consensus in se totum onus restituendi suscepit, & se habet iustus mandans. Præterea is, cuius nomine fit damnum, est causa principalis, quæ intulit finis & causæ efficientis moralis movet

ceteras: ergo ante ceteras tenetur. *Lessus.*

Tertio loco tenetur executor, quia est causa principalis post mandantem; ceteri vero sunt causæ secundariæ: nam magis suo nomine infuit in damnum, & illud immediatius attingit, quam illæ alie causæ. Deinde quod hæc causæ faciunt, id faciunt ut quodam modo servientis executori. Si tamen plures inter se inito consilio communiæ inimicum impant, & unus ex eis illum occidat, vel ejus domum incendat, omnes æqualiter restituere tenentur, quia omnium nomine damnum factum est, & omnes sunt participantes.

Quarto loco, & priorum defectu, ceteræ causæ possivæ, nempe consulens, consentiens, laudans, receptans, adjuvans, tenentur singule ad suam partem secundum proportionem suæ cooperationis, & quidem æque primo ratione suæ cooperationis, sine ordine inter se. *Et communis sententia.* Quia una non est cooperata ad damnum mediante altera, & non est instrumentum alterius, vel alterius nomine, sed unusquisque per se in suo ordine: unde non est magis vel minus principalis causa respectu alterius. Ergo si mandans vel executor non restituit, omnes istæ causæ secundariæ tenentur pro rata restituere majorem quidem portionem quæ magis, minorem vero quæ minus cooperata est. Tenetur tamen quilibet totum restituere in defectum aliorum.

Si tamen executor nomine omnium damnum intulit, omnes simul tenentur primo loco; quia illorum causa factum est, & consentiendo ut sic fieret, tacite in se receperunt obligationem restituendi. Executor vero ut executor tenetur tunc secundo loco, nisi fit etiam unus illorum, quorum causa factum est: tunc enim tenetur simul cum aliis.

Ultimo loco, post omnes causas istas positivæ & in eorum defectum, tenentur causæ negativæ, seu non impediens damnum contra debitum iustitie. Tum quia causæ negativæ minus ac remotius ad damnum concurrunt, quam positivæ. Nam causæ positivæ re ipsa creant positivæ, physice, vel moraliter dampnum; negativæ vero solum non impediunt influxum positivæ. Tum quia negativæ non tenentur ad restitutionem, nisi quia aliud damnum intulit, nec rescarit: unde damnum passus non potest petere restitutionem a non impediente, nisi prius probaverit sibi damnum illatum esse, nec compenstatum. Ergo prius est, alios non restituere, quam causam negativam teneat ad restitutionem: Ergo hæc tenetur solum in defectum positivæ. Sed tamen contingeret, damnicatorem ex consideratione præteritæ negligentie superioris vel iudicis iudicari ad damnicandum, tunc superior vel custos non impediens non se haberet ut causa mere negativæ, sed simul ut positivæ, ideoque teneatur simul conferre in restitutionem cum causis positivis, & non post illas, ut notat Delugo.

Porro inter causas negativas non datur ordo, quia neutra est instrumentum alterius, aut magis præcipua, nisi tamen una tenetur magis immediate impedire damnum.

Quæst. V. Quando plures sunt causæ æque principales, uti, æque secundariæ, ut videtur, æquitate consistit ad totum damnum, ad quid singule tenentur?

Resp. Tenentur æquas portiones conferre ad damni compensationem: nam cum æque principales

cooperata sine ad totum damnum, aequaliter & aequo partibus tenentur ad illius restitutionem. In defectum reliquorum quaque tenetur in solidum, quia quisque concurrat ad totum damnum, cum sit causa tamen alicuius damnae: ergo in defectum fororum tenetur totum damnum refarcire.

Quaest. VI. Si una causa restituerit, an alia obligatur?

Resp. 2. Si causa magis principalis totum restituit, ceterae non liberantur ab onere restitutionis. *Est communis sententia*: quia causae minus principales tenentur solum restituere in defectum causae magis principalis, & primario obligatae: ergo haec restituit aliae sunt liberae, nec tenentur ei quidquam rependere. Si vero causa secundaria restituerit, causa magis principalis, & primario obligata tenetur ei totum rependere. *Ita communiter*. Quia causa minus principalis solvendo acquiritur jus, quod creditor habebat exigendi solutionem a causa principali, qui primario tenebatur; nec par est, ut sit seioris conditio, ex eo quod solverit id quod altera primario tenebatur solvere, & qua solvente nihil deberet, sique ejus negotium utiliter gesserit, ut l. 43. §. de negot. gestis. Praeterea alioqui debitor principalis melioris conditionis esset ob suam iniquitatem, qua restituit nolit id, quod immediate debebat, & non in defectum aliorum.

Hinc. 1. Si mandata restituerit, aliae omnes causae sunt liberae: nam sunt minus principales. Executori vero restituitur solus mandans tenetur totum rependere. 2. Si alia causa secundaria restituerit, jubens, & in ejus defectum exequens tenetur ei totum reddere, cum executor sit causa magis principalis post jubentem. 3. Si causa positiva restituerit, libera est causa negativa, cum haec tenetur solum in defectum illius. & contra si causa negativa restituerit, tenetur causae positive secundum suum ordinem ei totum solum restituere. 4. Si creditor remittat causae magis principali, ut jubenti, vel executori, aliae sunt liberae. Quia cum remissio extinguat debitum, debitor principalis liber est: ergo si qui solum in ejus defectum tenebatur, sunt liberi proinde ac si causa principalis restituerit. Si vero creditor condonet uni causae minus principalis, tenetur adhuc restituere causae magis principalis: quia solum remittitur obligatio causae secundariae, non causae principalis, quae per se tenetur independentem a minus principali. Neque etiam liberantur aliae, quae in eodem gradu cum ipsa debent, quia solum portio alterius, non harum, condonatur; aliae tamen jam non tenebuntur solvere portionem illius cui remissio facta est.

Resp. 2. Si una est causa aequaliter obligatis totum restituere, aliae in defectum causae prioris loco obligatae, tenentur singulae pro sua portione ei rependere. *Ita communiter*. Quia alias non servaretur aequalitas inter cooperantes illos, cum singuli aequaliter teneantur pro rata, & quia jus, quod habebat dominus exigendi a singulis partem, translatum est in eum, qui prius totum solvit: neque enim pro factis solvit, ut essent liberi a restitutione; sed quia illis nolentibus, vel non valentibus restituere, tenebatur domino restitutionem integram procurare; & sic habet jus rependi ab illis, quod pro illis domino solvit, & quod ipsi dare debuissent. Neque enim alii sunt melioris conditionis, quia non fecerunt id ad quod tenebantur; nec ille debet esse prior, quia prior solvit id quod alii tenebantur, & sic negotium ipsorum utiliter gessit. Quod verum est, quamvis alius indoluerit; nam non fecit eis injuriam; quia scientes & volentes induxit sine vi fraude, neque mandavit aut coegit, neque fuisse ei in sui gratiam agerent, sed ob communem utilitatem vel propriam cuiusque, unde non tenentur totum omni restitutionem in se suscipere.

Quod si unus ex aequaliter obligatis nolit, aut non possit suam portionem restituere, ceteri tenentur habere partem ferre, & aequaliter inter se dividere: v. g. si tres teneantur aequaliter ad restituendum triginta aureos, & unus illos persolvat, eo quod alii duo nolint, aut nequeant suas portiones restituere; postea vero alter eorum duorum velit restituere, hic tenetur priori tertium decem restituere quingue, tamquam dimiditatis portiones ad quem tenetur tertius, qui non vult vel non potest restituere: nam tenetur aequaliter cum eo, qui prius totum solvit, subire onus pro eodem tertio, cum sit aequo concausa damni.

Quaest. VII. Quando nam in particulari singulari causae cooperantes ad damnum, tenentur ad restitutionem?

Resp. Ad singula seorsim totidem paragraphis.

§. I. De mandante.

Resp. 1. **I**s, cujus mandato, sive expresse, sive tacite, alter motus fuit ad damnum inferendum, ex communi sententia tenetur primario ad restitutionem, sive precipiens auctoritate polleat, sive non; quia ejus nomine ac auctoritate fit damnus, & mandans seu jubens necessitatem quandam moralem executori imponit, qui censetur esse solum ejus instrumentum, cum vi committat vere, cuius auctoritate, vel mandato delictum committit probatur, c. de sint. excomm. Immo tenetur relaxare non solum damnus, quod quis precipit, sed etiam quod ex mandato inde praeter ejus intentionem futurum est, si res praecipita fuerit periculosa. Quia tunc mandans censetur causa culpabilis talis damni, aut saltem delisse sua culpa occasione tali damno, ex c. ult. de homicid. in c. §. ibi. *Ipsi mandati a liquem verberari, licet expresse inhibeat ne occidantur ullatenus, vel membro aliquo mulierum, irregularis efficitur; si mandataris sine mandato excedens multat, vel occidat, cum mandando in culpa fuerit, & hoc evenire posse debuerit cogitare.*

Dixit, tacite, ut si quis famulo vel filio, aut alteri, qui ipsius imperio moveatur, dicit, Vindictam ex tali opto, aut velle ut tali inferretur tale damnus, l. 2. §. mandat.

Resp. 2. Ex communi sententia, si jubens ante damnus illatum mandatum revocet, idque mandatario innotescat, non tenetur restituere damnus profecta illatum. Quia jam non tenetur causa damni, cum illud non proveniat ex mandato, tunc enim alter non agit ex vi mandati nec mandantis nomine, sed suo nomine, & motu. Secus si revocatio mandati ante damnus non innotescat: quia tunc ex vi mandati damnus inferitur. Tenetur etiam mandans ad restitutionem, licet mandatum revocaverit, si non impeditur subditum a damno inferendo; tunc enim tenetur ut non obstat.

Resp.

Resp. 3. Si scias alterum paratum esse nomine tuo damnus inferre, nec impedias cum possis, cohibendo vel significando, ne nullatenus id vellet, tenentur restituere. Quia censetur, mandasse saltem tacite, aut certe taciturnitas tua censetur consensus & approbatio. Deinde quisque tenetur ex justitia impedire, ne nomine ipsius, & tamquam aliquid sibi gratum, damnus proximo injuste inferatur.

Sed an qui ratum habet damnus suo nomine factum, tenetur restituere?

Resp. Neg. Si neque expresse, neque tacite mandaverit. *Est communis sententia*. Quia talis nullatenus est causa damni: nam id, quod posterius est tempore, non potest esse sufficientis causa effectus praecedentis. Haec autem reg. 10. jur. in c. Ratiobationem revocari, & mandata non est dubium comparari, intelligi debet praesertim de contractibus, qui alterius noscitur nomine celebrari, & a consensu ejus pendentes, subsequenti ratificatione confirmantur. Ratiobatio comparatur etiam mandato quod culpam & poenas in jure expressas, non autem quod obligationem restituendi, nisi est fit causa efficax cur damnus inferatur, vel illatum non refarcitur.

§. II. De Consulente.

Resp. 1. **C**onsulens dicitur is, qui consilio, vel precibus, promissis, suggestionibus, vel ostensione viae nocendi induxit alium ad damnus inferendum. Ex communi sententia tenetur restituere; quia est causa moralis & injusta damni (Vid. N. 31). Hinc Innocent. XI. damnavit hanc propositionem: *Qui alium movet aut inducit ad inferendum grave damnus tertio, non tenetur ad restitutionem illius damni illati*. Quod si sint plures consulentes, singuli tenentur ex aequo; nam omnes in damnus aequo influunt, cum omnium consilio alter motus fit ad damnus creandum. Idem dic de pluribus jubentibus.

Resp. 2. Si consulens ante damnus illatum revocet consilium, intelligi debet praesertim de contractibus, qui alterius noscitur nomine celebrari, & a consensu ejus pendentes, subsequenti ratificatione confirmantur. Ratiobatio comparatur etiam mandato quod culpam & poenas in jure expressas, non autem quod obligationem restituendi, nisi est fit causa efficax cur damnus inferatur, vel illatum non refarcitur.

Quod si consilium consistebat in falsa doctrina, & quod talis contractus esset licitus, qui tamen

illicitus est, & consulens ante executionem illam revocaverit, aperiendo illius falsitatem, ex communi sententia non tenetur restituere. Quia tunc efficaciter tollit causam damni inferendi, & motionem a se impressam. Item qui precibus, blanditiis, vel promissis ad damnandum induxit, & ante damnificationem ostendit sibi displicere, propositum mutasse, & promissa revocare, non tenetur restituere. Quia non est causa moralis damni potest illati, nam tollit penitus omnem rationem agendi a se propositam, & motionem a se impressam.

Resp. 3. Qui minus malum consilium ad majus avertendum, non tenetur ad restitutionem, si consilium ut minus damnus eidem inferatur, cui inferendum erat majus. Quia per hoc consilium nullum damnus alteri inferit; immo majus impediendo, utiliter rem ejus gerit: & tunc proprie non consistit damnus, sed potius immutationem damni, seu evitacionem majoris damni. At tenetur, si parato majus damnus inferre Paulo, consulat ut minus damnus potius inferat Petro, cui non faceret inferre. Quia consilio suo est causa iniuriae damni Petro illati, & iniuriam inferre Petro, nam quis innocens habet jus ne sibi inferatur damnus, etiam ad avertendum majus alterius. Erat vero Petrus tam habet jus si servetur illatus a minori illo damnus, quam Paulus ut servetur illatus a majori. Excipitur nisi damnus Petri sit tam leve, ut tenetur ex caritate illud pati ad impediendum majus damnus Pauli; quia tunc non est rationabiliter invitus.

§. III. De consensiente.

Resp. **C**onsensientis, quo nomine intelligitur etiam approbans, favens, suffragium ferens, tenetur ad restitutionem, quando per consensum, approbationem, favorem, suffragium, auctoritatem influit in actionem damnosam; nam qui in hanc influit, est causa damni ex se secuti. Influit autem tenetur, quando ab ejus consensu, favore, approbatione, vel suffragio oritur.

Hinc qui suffragium injustum tulit ad damnificandum, ad sententiam aut legem injustam, ad eligendum indignum in aliquo munus vel beneficio, tenetur de damno, si suffragium dedit antequam esset sufficientia ad id suffragium, nihil obstante quod remitti non suffragatus fuisset, idem damnus ab alio factum fuisse. *Ita comm.* Quia revera autem causa illa causa iniuriae damni; nam sine illo aut alia simili causa supervenire non foret damnus. 2. Si ignoret esse sufficientem numerum suffragiorum: nam proluit esse causa damni per injuriam. 3. Quamvis non dederit, nisi post suffragia sufficientia, si poterat adducere priores suffragatores ad revocanda sua suffragia injura. Nam tunc est officio ad id obligatur, admonendo quae sui erant officio, & recuando suum suffragium: & sic tunc tenetur de damno secuto, saltem tamquam mutus, vel non obfians. Immo tenetur etiam ut causa positiva, si suffragia sine revocabilia, ut cum publice referuntur in consilio. Quia tunc damnus non est efficaciter illatum ante ultimam suffragium; nam pendet non solum ex prima prolatione suffragiorum sufficientium, sed etiam ex perseverantia in illis, quatenus postea non revocantur. Quare quamvis suffragium revocari potest, nondum est efficaciter positum ad creandum damnus;

ac

ac proinde qui dat ultimum suffragium, simul possit cum aliis concurrat ad dampnum, proinde ac si omnes illius suffragia irrevocabilia delissent. Ita Delugo.

Quod si major pars iniquum suffragium ante te irrevocabiliter delisset, ita ut nequeas impedire dampnum dissentiendo & resistendo, peccas contra justitiam suffragando, cum consentias injustitiae: sed iuxta multos non tenetur rescire dampnum, hancque esse communem sententiam asserit Layman, quia non fuit causa illius efficax, cum jam antea irrevocabiliter illatum fuerit. Juxta alios tenetur; quia etiam postremorum suffragatorum ut consentientium nomine dampnum executioni mandatur.

§. IV. De pulpone, seu adulatore, & laudatore.

Resp. Qui adulatione, laudatione, vituperatione alterum ad dampnum creandum inducit, v. gr. ad vindictam, injuriam parandam, landando facinus, vel exprobandum ignaviam ob omissionem vindictae vel criminis; tenetur ad restituendum, si alter ex tali laude vel exprobratione motus sit ad dampnum inferendum. Quia est causa moralis damni: nam se habet instar consentientis, proponendo laudem, vel ignominiae vitiationem ex faciore securam; vel ut motivum agendi.

§. V. De receptore.

Resp. Ad restitutionem tenetur qui recurrit, securitatem & fiduciam alteri praebet ad dampnum inferendum, vel ad non rescandendum illius. Ut si recipiat domi damificatorem, & non alios passus; si rem furivam custodiat ut furi ferret: si ipsum furem vel eius instrumenta occultet, ita ut hic inchoet ad damificandum. Item capto vel alius recipientes aliquem consentientem bona aliena, ut filium familias impendentem bona parentum. Nam tales revera cooperantur damno, quippe sine illis aut alia simili causa hoc dampnum non fieret, ex l. 4. de incendio: Non tantum, qui rapuit, verum et quoque qui recipit, ex causis supradictis tenetur: quia receptores non minus delinquent quam aggressores.

Qui vero furem dum a libroribus quaeritur, occultat solum ut ejus vitam conservet, non censetur ei cooperari, quavis fur forte et periculo elapsus, aliquando dampnum aliis sit illaturus. Nam dampnum illud est mere casuale respectu occultantis, & praeter ejus intentionem; illa enim actio per se solum ordinatur ad evitandum miserum hominem ex praesenti periculo vitae vel poenae corporalis: secus, si furem ita occultaret, ut ipsum refugium in posterum daret, qua fur fidetis furia continuaret.

§. VI. De Participante.

Resp. Dupliciter quis participans dicitur, 1. Qui solum particeps est praede, & hic tenetur restituere tantum partem quae ei obvenit: nam quoad illam duntaxat fecit injuriam domino, rem ejus in parte accipiendo. 2. Qui particeps est actionis damnosae, praebendo auxilium, operam, instrumentum, adjuvando ad executionem, vel explorando, & hic tenetur rescire dampnum pro rata, immo to-

tenetur, si alii non restituant suas partes: nam est causa injusta actionis damnosae, adeoque totius damni ex ea orti. L. 21. §. de furtis, & c. 6. de homicidio. Sic tenetur, qui scalas apponit, vel eas sustinet, si re ascendente, qui excubias agit, qui furem comitari defendendi causa, qui ad confugiendum & abscondendum adjuvat &c. Nec refert quod te non juvante, dampnum nihilominus factum fuisset; nam eo ipso quod adjuvisti, fultis concessisti damni, quod revera fuit te non est factum. Quare participans non solum peccat mortaliter, juxta Prov. 29. Qui cum fure participat, odit animam suam sed etiam tenetur ad restitutionem.

§. VII. De causa negativa.

Resp. EX communi sententia, negative cooperantes ad dampnum, sunt ii qui non impediunt dampnum, cum impedire rationabiliter possunt, & tenentur ex justitia. Tenentur autem ex justitia, qui tenentur ratione officii, muneris, vel contractus; ut superior, princeps, dux belli, magistratus, honorum administrator, pater, tutor, curator, famuli, custodes pecorum, agrorum &c. & alii stipendio conducti. Non impediunt autem dampnum tripliciter: 1. Tacendo, id est, non reprehendendo, non dissuadendo, non prohibendo, non clamando &c. 2. Non obstanto, id est, omitiendo subsidium, custodiam, operam vel operam ad impediendum dampnum. 3. Non manifestando damificatorem domino, sive ante ne fiat, sive post dampnum factum ut rescatur, aut etiam non monendo ipsum damificatorem de obligatione restituendi.

Itaque ex communi sententia, qui tenentur ex officio vel contractu, aut quasi contractu, impedire dampnum alterius, si negligunt impedire, peccant contra justitiam, & tenentur illud rescire; quia consentunt causa moralis, & injusta damni: nam hoc ipso quod tenentur ex officio vel contractu impedire dampnum alterius, hic habet jus ut dampnum ejus impediatur; ac proinde si negligunt impedire, faciunt ei injuriam damnosam. Et vero alter dampnum patitur ob omissionem operae ex justitia debita ad illud impediendum, ideoque ob injustitiam illorum: nam si hi fecerint id ad quod ex justitia tenebantur, alter non pareretur dampnum, quod proinde illis merito imputatur.

Hinc ad restitutionem tenetur Princeps, magistratus, & belli duces, si non impediunt latrocinia & injurias subditorum. Nam ex justitia tenentur conservare jura & bona subditorum: reditus enim quos habent, sunt stipendia ad hoc instituta. Idem dicit de iudice & canonico, qui sine justa causa abjunt, cum praevident a liquid iniquum esse gerendum: nam ex officio illud impedire, & contradicere tenentur.

Prob. 2. Qui solum ex caritate tenentur impedire dampnum alterius, si non impediatur cum sine magno incommodo potest, peccat quidem contra caritatem, sed non tenetur ad restitutionem: quia non peccavit contra justitiam nec censetur causa injusta damni: cum illi non habeat jus ut dampnum ejus impediatur. Secus, si quis positive consentiat ad dampnum proximi; is enim tenetur de damno, nam quilibet habet jus in quibus alter ad dampnum ejus positive cooperetur, cum habeat jus ne ei inferatur dampnum sine justa causa & auctoritate.

Hinc

Hinc ad restitutionem tenetur. 1. Qui a fure pecuniam accipit ne clamet, ne indicet, vel id promittit gratis, quavis dampnum ex sola caritate impediatur: quia hoc promisso factum animosum est securitorem reddidit, & sic positive concurrat ad dampnum. 2. Qui obligatum ex officio ad clamandum vel impediendum, quovis modo impedit: nam injuste impedit vitam justis, quod habet tertius, ut clamet. 3. Qui clamare vel oblatre volentem, licet ad id ex justitia non obligatum, impedit per vim vel dolum: nam quicque habet jus, ne quis ejus defensionem, & bonum impellat per vim vel dolum, aliamve viam injustam.

Sed ad quid tenentur Custodes agrorum, vinearum, silvarum, si non impediunt dampnum, vel non manifestent damificatorem, ut rescatur?

Resp. Peccant contra justitiam, & religionem quia agunt contra officium, vel pactum, & juramentum; tenenturque rescire totum dampnum. Et communi sententia. Nam ex officio, vel pacto tenentur in custodia & delatione dominum loci illicite servare.

Autem tenentur restituere multas quas domini accipient ex dilatione, si non desistant? Multi negant: quia hi custodes constituantur, non ut domini locupletentur ex fureto pecuniarum, sed ut custodiant rem commissam, & impediatur dampnum, nec tenentur deserre ad hoc ut dominus habeat multas, sed solum ut non patiantur dampnum. Alii probabiliter affirmant, quia videtur constitutum ut impediatur damna, tum etiam ut desistant damificatores, praesertim cum id expedit ad avertdenda multa damna, quae alias fierent subdito metu multarum; unde non deserendo peccant contra officium & contractum, si quae tenentur restituere multas pecuniarum, quas percipiunt domini ex delatione sibi jure debita.

CAPUT V.

De circumstantiis restitutionis, & ordine in ea servando?

Quest. I. Unam res debet restitu?

Resp. Ei, a quo accepta vel ablata fuit, modo si dominus rei, vel habeat jus eam detinendi vel custodiendi, administrandi &c. vel ea utendi &c. qualis est conditor, commodatarius, depositarius, & similes. Quia illi fieret injuria, cum habeat jus rem possidendi, vel detinendi, custodiendi, ea utendi &c. Res autem aliena ablata fari, restitui debet non fari, sed domino; quia fur non habet jus eam possidendi, sed dominus: admonito tamen fure ne perseveret in peccato, putans se teneri restituere, vel ne iterum restituat eam suo damno.

Quod si is, cui restituito facienda est, mortuus sit, fieri debet haeredibus ejus; quia si succedunt in omnia jura defuncti, l. 62. §. de reg. jur. & l. 57. §. de acquir. vel omitt. haered. ibi: Haeres in omne jus mortui, non tantum singularium rerum dominium succedit. Si autem post diligentem inquisitionem haeredes cognosci nequeunt, debet restituito fieri pauperibus, juxta dicta de bonis ac debitis incertis.

Porro haeres hic intelligitur quicumque in de. Aegolne Theol. Moral. Tom. II. P. I.

fundi hereditatem jure succedat, sive per testamentum, sive per sententiam, sive aliter.

Quest. II. Quo tempore fieri debet restituito? Resp. Statim, quantum moraliter fieri potest. Est communi sententia. Nam preceptum restitutionis est primario negativum; prohibet enim detentionem rei alienae, vel alteri debita invito rationaliter domino, & sic obligat semper, & pro quovis tempore.

Solutio vero debitorum ex contractu fieri debet tempore, de quo inter contrahentes expresse vel tacite convenitum fuit: eo transacto, si debitor sine justa causa non solvat, injuriam creditori inferit, & tenetur compensare totum dampnum illi obveniens, etiamsi creditor sollicitum non exigit, ex l. 22. Cod. de contrab. stipul. nam creditor habet jus accipiendi tunc solvendum, & ipsum tempus praefinitum pro creditore impellat, cap. ult. de locat. Si tamen debitor paratus sit tempore constituto solvere, sed creditor vel abiens sit nullo procuratore restituito, vel praesens recipere nolit, tunc debitor non tenetur de damno postea eveniente, nec de poena statuta.

Quod si nullum tempus solutionis debitorum ex contractu expresse vel tacite praefinitum sit, tunc debitor non ante censetur esse in mora culpabili, nec tenetur de damno, quam creditor dilatum congruo tempore exegerit. Ita communitur per sensum contrarium, ex loco cit. quia tunc creditor fensum, & valens petere, censetur per dilacionem concedere non petendo, modo non omittat petere ex metu vel oblivione.

Porro licet debitori anticipare solvere debita, si terminus fuerit praefinitus in ejus favorem, ut in mutuo, & commodato. Quia quisque potest juri suo cedere; & quia tunc terminus non est appositus, nec solutio anticipata fiat, sed ne ultra differatur. Secus, si terminus fuit appositus in favorem creditoris, nam fieret injuria creditori habenti jus, ne sibi fiat solutio ante praefinitum tempus, ex l. 15. §. de annali legat.

Quest. III. In quo loco & cujus impensis fieri debet restituito?

Resp. 1. Si debitum ortum sit ex injuria, necesse est injuria acceptatione, detractione, vel damificatione culpabiliter, restituito fieri debet impensis debitoris, & eo loco ubi dominus rem datum possederat erat, si ablata vel destructa non fuisset. Ita communitur. Quia restituito ob injuriam ita fieri debet, ut dominus in eam datum restituatur, in quo fuisset, si nulla injuria illata fuisset; & omnino indeminis servetur; alioquin non reponetur aequalitas, nec integre tolleretur injuria, nec dominus restituatur in pristinum statum, ex quo injuste dejectus est, & ad quem jus habet. Quare si dominus alio migravit, & rem suam secum translaturus erat, si habuisset restituito ei debet fieri ubi nunc dicit impensis debitoris, de factis sumptibus, quos in ea re fecerat alportanda facturus fuisset. Nec excusatur debitor, etiamsi onibus stipularis, dam nam, quod ex sumptibus vel aliunde patenter, sit duplo majus illi, quod dominus pateretur, si ei non restituatur, speculata paupertate & necessitate utriusque. Ut si debeat centum ex delicto, nec possunt restitui nisi ad huc alia eorum impendendo: quia magis aequum est, ut delinquentis patiantur dampnum illud, & antea

V

tar

rat centum ex bonis suis, quam quod creditor innocens cogatur idem damnum pati : nam in pari damno melior est conditio innocentis, seu injuriam passi, quam nocentis, qui sibi imputare debet damnum illud ; cum fit ejus causa per injuriam. *Vasqui. Delugo &c.*

Si tamen restituere non possit, nisi faciendo impensas duplo longe majores quam res valeat, potest differre restitutionem, donec illam abique tanto suo detrimento facere queat, vel monere creditorem, ut significet quid de illa illi veri. Quod si monere nequeat, & prudenter iudicet nunquam aliter posse fieri restitutionem ; juxta multos potest ac debet restituere ejus *consanguineis* vel pauperibus : quia creditor non est tunc rationabiliter inritus : & aliqui magna affectu inaequalitas, si debitor restituere deberet cum quibusvis sumptibus. Quisque tamen tenetur causam damni a se injuste postam tollere, & damna injuste illata restituere cum suo damno aequali, atque etiam saltem paulo majore : nam justum non est, ut innocens damnum injuste sustineat, ne si, quod illud injuste intulit, aequale aut paulo majus damnum patiatur in illo impediendo & resarciendo. Quare injustus damnificator tenetur ad amplius, quam damnum secundum se consideratum aestimetur ; non quidem ut dominus inde plus accipiat quam amiserit ; sed quia hoc est necessarium tanquam medium, ut fiat integra restitutio. Nam qui tenetur ad finem, tenetur etiam ad medium necessarium.

Nota. Ut sciatur cum quanto damno restituere tenetur debitor ex delicto, pendendi debet, an creditor hic & nunc sit, vel non sit rationabiliter inritus : quia omissionem vel dilationem restitutionis, hoc autem colligi debet tum ex communi sensu hominum, tum etiam inde si attendatur quid homines prudentes bonum societatis humane intendentes, statuerent circa hos casus anequam evenissent.

Resp. 2. Quae debentur ex re accepta bona fide extra contractum, restitui debent in loco ubi habentur ; nec debitor tenetur ea impensis suis mittere domino, sed impensis domini. Ita omnes. Quia possessor bonae fidei non tenetur cum suo damno dominum in pristinum statum restituere, cum eum per injuriam non deturbaverit. Igitur debet solum praestare rem ubi illam habet, & custodire, monito interea domino, ut significet quo pacto velit rem sibi suis sumptibus remitti. Immo ipse dominus tenetur non solum ad impensas rei remittendas, sed etiam custodiendas necessarias, l. 1. §. de neg. gest.

Resp. 3. Quae debentur ex contractu, in quo eadem numero restituenda est, si in alterius tantum partem utilitatem accepta sint, debent ejus impensis restitui, nisi justa ratione aliter convenum sit. Quia æquum non est, ut res ex contractu debita restituatur impensis illius, ejus commodum in eo questum non est, sive ut quibusdam ex beneficio collato pati debeat. E contra par est, ut qui sensit commodum, sentiat & onus, *reg. jur. 35. in 6. ibi. Qui sensit onus, sentire debet commodum ; & e contra.*

Resp. 4. Quae debentur ex contractu, restitui debent ex natura contractus in eo loco, ubi res accepta fuit. Ita multi. Quia nullus locus magis justitiae congruit ; & aequitas postulat, ut sicut res eadem accepta, vel alia aequalens, quo loco accepta substituitur, restituenda est ; ita etiam restituatur in co-

dem loco ubi accepta fuit, cum restituitio sit repositio rei in pristino statu. Hinc ex natura contractus tenentur reddere mutuum, depositum, rem locatam, in loco ubi accipitur, non alibi nisi impensis alterius. Item ex natura contractus debet solvitur verum tempus vel locum in loco, ubi res traditur, pro quo solvendum est. Nam in quocumque alio solutio fiat, defecere potest aequalitas contractus : hac enim deficiunt multum a loco in quo datur, & accipitur ; quia valor rei vel usus illius, & estimabiles pretii ac pecuniae variantur ex varietate loci. *Delugo.* Possunt tamen contrahentes de alio loco pacisci, modo hoc onus iuxta mercede compensetur, ut ferretur aequalitas. Et tunc ibi restitui debet : nam pacta iusta obligant, & contractus ex conventionem legem accipiunt, *ex reg. jur. 85. in 6.*

Resp. 5. Quae debentur ex donatione, legato, testamento, tradi debent in loco ubi erant, cum donantur, (nisi aliud in ipsa dispositione expressum fit) & impensis ejus qui donata sunt. Ita omnes. Nam qui rem gratis dat, vel legat, non intendit se ad amplius obligare. Si tamen haeres eam alio transferret, teneretur suo sumptu illam remittere in locum ubi erat prius. Ita Lessius.

Quest. IV. Cujus periculo fieri debet restitutio ?
Resp. 1. Restitutio facienda ratione injuriae fit periculo debitoris. *Est communi sententia.* Quia ratione injuriae tenetur dominum prosum indemnatum servare, & sic debet subire totum damnatum a periculo : dominus enim nullum debet pati damnum ex injuria sibi illata. Et quia culpa praecedente casus etiam sortitus imputatur, c. ult. de pecc.

Hinc ex communi sententia, si debitor adhibita maxima diligentia rem nuntio, quem putat fidelem, vel confessorio tradat restituendam domino : & si sine culpa, sive inculpate rem domino non reddant, tenetur iterum ad idem restituendum, donec res ipsa dominus accipiat. Quod si plures idem restituere tenentur, id fit per accidens, & sibi imputare debet : nam damnatum quod quis sua culpa sensit, sibi debet, non alii imputare, *reg. jur. 80. in 6.*

Restitutio autem rei alienae in individuo facienda a possessore bonae fidei fit periculo domini, modo possessor eam remiserit per hominem, quem prudenter judicabat esse redditurum, ex lib. 20. §. commendat. quia scelus culpa, mora, & pacto res perit domino. Hinc restituitio rei commodatae, locatae, depositae, fit periculo domini, si nulla interveniat culpa restituentis.

Resp. 2. Ex communi sententia, solutio debitorum ex contractu facienda ex bonis debitoris, ejus periculo fit ; ita ut si pecunia onero solutioni destinata furripitur, vel ab eo, cui restitutum commisit, amittatur aut retineatur, ipse tenetur aliam dare creditoribus. Quia res perit domino, & est dominus pecuniae tunc donec creditor tradatur, tunc enim solum a to in illum transferuntur dominium. Nisi tamen creditor miserit vel deliquerit hominem certum ; cum pecuniam committas ; hic enim accipit loco creditoris, sive creditor censetur accepisse per designatum. Quare si hic pecuniam amittat vel retineat, damnum est creditoris, non tamen, l. 39. de ac. §. de solut.

Quest. V. Quo ordine restituendum est ?
Nota. Quando bona debitoris in solutionem com-

missus creditoribus sufficiunt, non est opus ullo ordine, cum omnibus satisfaciendum sit.

Resp. 1. Ex communi sententia, quando res aliena extat in se, restitui debet domino, nec potest alius in solutione dari. Quia est domini, & debitor solvere debet ex bonis propriis, non alienis : nam rei dominium nequit transferri ab eo, qui illud non habet. Unde si ignoratur dominus rei in se extraneis, commodatae, depositae, ablatae, vel ejus res, haec impendi debet in pauperes, vel alia pia opera, juxta dicta.

Res in rigore justitiae credito vendita extraneis apud debitorem non videtur reddi debere venditori pro aliis creditoribus, si aliunde non habeat jus praedictio. Ita multi, praesertim Jurisperiti, qui apud Covarruviam asserunt hanc esse communem sententiam. Quia res vendita non est amplius venditoris, secuta traditione & habita fide de pretio ejus ; nam tunc translatum est ejus dominium : neque manet illi obnoxia jure hypothecae : nulla etiam inducitur hypotheca, nisi vel ex conventionem, vel jure positivo, & nulla est hoc utroque capite reperitur industria. Et vero si illa res ab emptore alteri revendita esset, hic haberet dominium in ea omnino liberum. Tamen res vendita quae adhuc extat apud emptorem, possunt & debent ex quadam aequitate reddi venditori. Ita judicant multae supremae curiae in Gallia, & colligitur ex Leg. Procuratoris §. de prioritate, quod intelligi nisi obstat contextu loci.

Resp. 2. Ex bonis debitoris, r. Prius solvi debent impense pro funere debitoris, l. penult. §. de religio. & sumpt. funeris. Item pro curacione ejus.

2. Ex communi sententia, prius solvenda sunt debita certa, id est, quorum cognitio creditor quum incerta, id est, quorum creditor ignoratur. Tum quia creditor incertus, cum nequeat per se immediate recipere rem debitam, non est rationabiliter inritus, ut ipsi praefatur creditor certus, qui immediate damnum pateretur ex omissione restitutionis : nam habet jus immediatum ac determinatum exigendi solutionem, quod pauperes aut aliae causae non habent circa debita incerta : cum ita possint in hos vel illos usus pio impendi. Tum maxime quia in hoc creditor incertus consentire merito praesumitur ; cum sit opus pium ac Deo gratum subvenire debitoribus indigentibus, & gravato aere alieno, ut possit se liberare a creditoribus certis cum premissibus, remanente onere postea debita incerta solvendi pauperibus, cum facultas aderit.

3. Ex communi sententia, debita ex titulo oneroso prius solvi debent, quam debita ex titulo gratuito, v. gr. liberali promissione vel legato, ex l. 19. §. de re judic. ibi. Qui ex causa donationis convenitur, in quantum facere potest, condemnatur.

4. Quodam is solvitur deducto aere alieno. Quia in pacto gratuito, & legatis intelligitur conditio, si absque tertio damno fieri possit, nisi status rerum mutetur. Praeterea nemo censetur se ex sola sua liberalitate vel obligare in casu quo ad necessitatem redigeretur, nec aequitas id patitur. Hinc debita defuncti solvi debent ante omnia legata, etiam pia. Item die de votis, quia Deus non acceptat illa cum detrimento tertii. Vota tamen solvenda sunt ante legata ; quia obligant defunctum, non legata, qua-

supponunt solutionem aliorum debitorum contrahentium.

4. Solvendum est creditoribus hypothecam habentibus ante alios, qui non habent, l. 19. Cod. Qui potiores in sign. Nam bona sunt specialiter obligata solutioni hypothecariorum, qui proinde jus speciale habent, ut ex his solutiones recipiant pro aliis.

5. Inter creditores hypothecarios prius solvendum est iis, qui creditores sunt tempore, juxta *reg. jur. 54. in 6. Qui prior est tempore, potior est jure.* Nam obligatio posterior non potest tollere jus alteri jam acquisitum. Unde in ea intelligitur haec conditio : Si sine damno prioris creditoris potioris ex eadem re certis satisfieri. Sunt tamen aliqui casus, in quibus posterior tempore praesertur priori hypothecario.

1. Si pecuniam mutavit ad conservandam vel reficiendam rei quae alteri obligata erat, l. 5. §. Qui potiores in sign. Nam huic damnum non inferatur, cum sine hac mutatione res hypothecata periret, vel deterior facta fuisset. 2. Si mutavit tibi, v. gr. centum, ut satisficeret pro mercium vectura, vel pro locatione aedium, in quibus asservantur, de quo ex illis solutionem accipere ante alios in illis hypothecam habentes, l. 6. §. cod. tit. 2. Est hypotheca dotalis, per quam bona mariti sunt obligata uxori, quibus liberis, ita ut ex illis bonis duo decimae possit ante alios creditores habentes tacitam hypothecam priorem, l. 11. Cod. Qui potiores in sign. Sed ex communi sententia, dos non praesertur hypothecae expressae priori, licet praesertur expressis posterioribus ; tum quia creditores anteriores loique per nuptias supervenientes privarentur suo jure, quod expresso pacto fuerant ; tum quia fides, & dos acquiritur in jure, & tamen fides non praesertur hypothecae anterioribus expressis, l. 6. §. Qui potior in sign. & l. 4. cod. tit. 4. Cum ex pecunia pupilli vel minoris res aliqua emptae est, res illa manet pupillo obligata ante omnes, l. penult. cod. de servo pupillo dato. 5. Si credam tibi pecuniam ad emendam rem aliquam cum pacto expresso, ut res illa maneat mihi hypothecata pro debito, praesertur aliis hypothecam generalem habentibus in omnibus bonis tuis etiam futuris, l. 7. Cod. Qui par. in sign. Nam nulli creditoribus inferatur damnus : debitor enim sine mea pecunia mutata non haberet illam rem vel ejus valorem. 6. Cum quis cum fisco contraxit, manent ejus bona fisco obligata, cum privilegio solutionis. Item jus habet fisco ratione tributum onduum folati, l. 2. Cod. de privileg. fisci. 7. Cum quis alicui pecuniam ad militiam mutuat, habet hypothecam cum privilegio praedictiois etiam ante dotem, licet sit posterior deus : quia in his duobus ultimis casibus spectatur bonum commune, quod privato praesertur debet.

6. Post creditores hypothecarios, seu reales solvendum est aliis creditoribus personalibus non habentibus hypothecam. Inter hos primo loco solvendum est iis, qui habent personale privilegium praedictiois, quale habet sponsa in bonis sponsi ratione dotis traditae, non secundo matrimonio, & qui depositum pecuniam apud numularium, non percipiens inde usuras ; item qui pecuniam credidit ad naveum extraxendam, instruatam, emendam &c.

Secundo loco solvendum est aliis creditoribus ex titulo oneroso, cuique pro rata, v. gr. media vel

tertia pars debiti, five debitum ex contractu, five ex delicto contractum fit; non secundum multos inter hæc debita nulla est prælatio, cum sit æque debita ex iustitia sine ullo privilegio. Itaque inter creditores mere personales nulla est prælatio, sed cuique pro rata solvi debet, ex l. 6. Cod. de bonis vendit. C. c. Et l. 29. §. de præst. credit. ibi s. Privilegia non ex tempore adstantur, sed ex causa: & si eisdem tituli fuerint, concurrunt, licet diverſitates temporis in his fuerint. Quia omnes æquale jus habent. Et illa regula: Qui prior est tempore &c. valet solum inter hypothecarios.

Nota. Quæ hæcenus de ordine restitutionis dicta sunt ex iure communi vel Cæsareo, ea servanda sunt ibi & quatenus illud receptum est. Quod si in aliquibus locis hinc fit de re aliæ leges vel consuetudines rationi consentaneæ, servandæ sunt etiam in foro conscientie, ut docet communis sententia; nam hæc leges non nituntur falsa præsumptione. At omnis lex recte rationi consentanea, quæ non nititur falsa præsumptione, obligat in conscientia, cum sit actus effectus & absolutus potestatis obligativæ. Præterea nemo jus habet disponendi de bonis suis nisi secundum leges, & cum dependentia a suprema potestate, quæ habet jus alrum in bonâ privatorem relate ad bonum commune, quod est finis omnium legum.

Quest. VI. An prius potest licet prius solvere?
Nota. Non licet creditor prius potest solvere cum damno eius, qui habet hypothecam priorem, vel privilegium quatenus fuerit injuria, cum habeat jus prælationis. Unde solvens tenetur etiam damno, & ipse potest recuperare ab alio creditore id quod solutum est, l. 22. cod. de iur. delib. Qui solutionem petiit vel accepit, sciens jus aliorum, peccavit contra iustitiam, & tenetur autem sententiam iudicis restituere aliis creditoribus privilegiatis. Quia fecit illis injuriam damnosam: nam petendo induxit debitorem ad damnum injustum inferendum creditoribus hypothecariis, & solutionem recipiendo cooperatus est injustæ damnificationi illorum.

Resp. Si unus ex creditoribus personalibus, non privilegiatis, exigit in iudicio solutionem debiti aut alius non habentes jus prælationis, tenetur debitor ei integre solvere, etiam si tempore esset postior. Quia lex, & sententia iudicis dat ei jus prælationis ob diligentiam, quam adhibuit ante ceteros, l. 6. & 24. §. Quæ in fraud. credit.

Dixi, in iudicio. Nam si extra iudicium petat, contrahitur. Afferunt Sylvester, Navarrus, Lessius, & alii quia diligentia posterioris creditoris petentis facit eum potorem, & quia, in l. 24. cit. dicitur non posse revocari id quod solutum est uni creditori debitum extantem, nulla facta mentione iudicis; & hæc ratio additur, quia vigilando meliorem suam conditionem fecit. Alii cum Delugo sentent, quia sola petita privata sine sententia iudicis non potest dare jus in detrimentum aliorum æquale jus habentium; & leges supradictæ intelliguntur de petitione in iudicio, accedente sententia iudicis.

Std. si debitor non valens solvere omnibus creditoribus, solvitur uni creditori non habenti jus prælationis, an hic tenetur restituere alteri creditori habenti tale jus?

Resp. Affirm. Quia accipiendo solutionem impo-

dit alterum a recipienda solutione sibi prius fore debita, & sic facit ei injuriam damnosam. Et tunc violatur non solum ordo, sed etiam substantia restitutionis, nam quod uni ex iustitia debitum est, solvitur alteri. Deinde accipiens cooperatur dationi iniuste, & damnosæ alterius, sui damnificationi iniuste creditoris, cui hæc pecunia prius debetur, & detrahitur: quænam enim major cooperatio dationi iniuste esse potest, quam acceptio, quam illam perficit, & complet, & sine qua nullum parit damnum? Sed qui cooperatur actioni iniuste & damnosæ tenetur ad restitutionem. Ita Azor, Delago, & alii.

Quest. VII. An debitor potest solvere totum debitum creditori non potenti, si ipse non sit par solvendo aliis, qui pariter non habent hypothecam, nec privilegium?

Resp. Negat. Quia facere injuriam aliis, qui jus habent ne alter careat privilegio, & actione ipsius præferatur. Nam, spectato iure naturali, bona debitoris, quæ omnibus debitis solvendis non sufficiunt, sunt pro rata secundum proportionem dividenda creditoribus æquale jus habentibus, & quorum nullus habet jus prælationis, nam fide equaliter inter debita. Multi excipiunt, si unus creditor fit in gravi necessitate, non alii; quia debitus ordo caritatis exigat, ut præferatur aliis, qui cum non indigeant, non sunt rationabiliter invit.

Quest. VIII. An qui aliquid gratis vel cum onere accipit ab eo, quem scit evincere reddi impotentem ad solvenda debita, peccat contra iustitiam, & tenetur accepta restituere, licet non ad id non induxerit?

Resp. Affirmat. Est communis sententia, teste Delago. Prob. Quia talis injuriam inferit creditoribus, nam cooperatur injusto impedimento, quo debitor reddit sibi impossibilem solutionem, five concurrat efficaciter ad injustam alienationem, & injustitiam contra creditores a debito remissam; quilibet enim alienatio ad sui valorem & efficaciam requirit acceptationem. Et vero (ut ait Delago) ad dampnificationem creditorum non minus conducit acceptatio quam indotio; si enim tu non acceptares rem, maneret adhuc apud debitorem, & ipse non esset impotens ad solvendum. Ergo pro acceptationem non minus quam per inductionem cooperaris ad damnum, quod creditoribus inferitur. Immo tu complex & perficis illud, quod per obligationem debitoris solum erat inchoatum & quasi in affectu, per acceptationem vero perficitur & ponitur in effectu. Hinc Clemens Gallicanus ann. 1700. ut lallam & iustitia regalis repugnantem damnavit hæc propositionem: *Etiam si donatario perfectum sit bona sibi donata a quopiam ea mente ut creditores frustrarentur, non tenetur restituere, nisi eam donationem susceperit, vel ad eam induxerit.*

CAPUT VI.

De causis excusationibus a restitutione, vel ejus dilatione.

Quest. I. An remissio creditoris excusat a restitutione?

Resp. Affirm. Si sit legitima. Quia per illam condonatur jus exigendi & accipiendi solutionem; ac

proinde tollitur in debitore obligatio solvendi, quæ postea non redit; nam obligatio semel extincta minime reviviscit. l. 2. Cod. de remis. sign. Deinde sic creditor potest jus suum, quod habet in debitore, alteri donare, ita etiam ipsi debitori, quod est remittere, non remissio est quedam donatio.

Ut autem hæc remissio sit legitima, & vere liberet a restitutione, tres condiciones requiruntur.

1. Ut remissio sit perfecte voluntaria, nec habeat mixtum involuntarium; quia est liberalis donatio sui juris, ideoque actus liberalitatis, qui necessario procedere debet ex spontanea ac liberali voluntate. Hinc nulla est remissio facta ex errore vel ignorantia utpote voluntarium tollente; aut vi, metu, vel fraude extorta, & involuntarium mixtum, & injuriam; nemo quippe ex vi injuria jus & commodum reportare potest. Metu censeatur extorta, si debitor expresse vel implicite minetur creatori, nisi remittat vel totum vel partem: aut si adhibeat preces valde importunas incidentes metum, aut significet, nisi contentus sit parte debiti oblata, & residuum remittat, omnia antistipulatur; item si cogat creditorem subire multas molestias in petendo debito, sæpe venire, frustra id expectare &c. Fraus esset si debitor fingeret se longe pauperiorem quam revera sit &c.

Hinc invalida est remissio partis debiti facta ex metu amittendi totum creditum culpa vel fraude debitoris. Nec liberatur potentes, quibus inferiores remissionem concedunt ex metu ne illi displiceant, vel ab his damnorum partiantur.

2. Ut creditor possit condonare debitum, non enim potest condonare, nisi qui potest donare. Hinc filius-familias non potest remittere debita paterna, sicut nec procurator, vel commissarius quæ debita sunt domino, vel committenti &c.

3. Ut condonatio non sit a jure annullata, prout est in his casibus. 1. Si visitantes Ecclesias, accipiant aliquid ab his præter necessaria ad victum pro illis diebus quibus visitant, tenentur restituere duplum intra mensem, non obstante quacumque remissione si sponte facta a dantibus, c. 2. de cen. in 6. 2. Si iudex delegatus aliquid acceperit a partibus, nisi forte ecclesiarum mera liberalitate oblatum; quod paucis diebus possit consumi, vel si dum cogitur extra domicilium proficisci, acceperit plus, quam moderatas impensas; vel si denique acceperit aliquid pro impensis, dum partes sunt pauperes, tenetur accepta restituere, non obstante remissione c. 31. de rescript. in 6. 3. Si inquisitores præterito officii inquisitionis pecunias exorosciverint, tenentur restituere nullis remissionibus super hoc valituris, Clement. 2. de hered. in 6. 4. Si Canonici, qui non interest officio, acceperit distributiones. Conc. 2. vid. sess. 24. c. 15.

Quest. II. An cessio honorum creditoribus facta liberat a restitutione?

Resp. Neg. sed solum excusat a dilatione. Ita ut debitor tenetur debita integre solvere ex iis quæ postea acquirit, retentis necessariis ad suam & suorum sustentationem parcam. Est communis sent.

Prob. 1. Ex jure Civili, l. 1. Cod. Qui bonis cedere possunt: ibi: Qui bonis cesserint, nisi solidum creditor accepit, non sunt liberati: in eo enim tantummodo hoc beneficium (cessionis) eis prædestinatum est, ut non detrahantur in carcerem. Et ex l. 4. §.

de cess. bon. Te qui bonis cessit, si quid postea acquisierit, quantum facere potest convenitur. 2. Quia in foro conscientie per necessitatem & impotentiam non tollitur, sed solum suspenditur obligatio restituendi, donec facultas adit: ergo nec cessio plus præstat. Ignor cessio honorum hoc solum præstat, ne debitor possit conici in carcerem, ex cit. l. 1. & ne; si post cessationem aliquid acquirit, possit eo spoliari, si eo indigeat ad suam vel suorum sustentationem, ex l. 6. §. de cess. bon. Quod etiam valet in foro conscientie, cum sit privilegium iure concessum, & contractus juxta leges celebentur; sed de residuo tenetur debita solvere.

Quest. III. An ingressus in Religionem liberat a restitutione?

Nota. Apud omnes constat validam esse professionem nominis debitis gravati; quia persona ejus est libera nec jure positivo irritatur, ut declarat Clement. VIII. quod hoc punctum abrogans quod Sixtus V. statuerat. Uterque autem Pontifex prohibuit ne in Religionem converterent sine alieno gravati.

Resp. 1. Si debitor habeat bona, tenetur antingressum restituere; nam nulla habet justam diffidendi causam.

Resp. 2. Secundum multos, si debitor possit brevi tempore, v. gr. paucis annis conductis laboribus solvere debita saltem magna ex parte, tenetur differre ingressum, ut ea solvat: quia aliqui creditores essent rationabiliter invit; & sic injuriam iis inferret.

Resp. 3. Si debita sint incerta, ideoque in pia opera impendenda, debitor potest religionem ingredi, licet manens in seculo possit solvere. Id supponitur omnes. Quia poterit, saltem ex contentu concessari, ea sibi tanquam pauperi applicare ad opus Dei gratum, & meritorium, ut nempe possit ingredi Religionem.

Resp. 4. Si debitor non possit debita solvere, nisi longo tempore, vel indolis laboribus, secundum multos potest licite religionem ingredi, relictiis omnibus bonis suis creditoribus. Quia in hoc casu debitor pareretur damnum in bonis spiritualibus longe majus quam sit commodum creditorum: unde hi non sint rationabiliter invit.

Alii tamen non pauci id negant: tum quia iure naturali talis debitor tenetur ex iustitia restituere, ideoque injuriam inferit, si voluntarie se impotentem reddat ad solvendum; obligatio autem justitiae prævalet consilio: Tum quia dupator virginis sub professione matrimonii, tenetur abingressu religionis, ut promissionis onerosa satisfaciat. Et hæc sententia, teste Layman, fuit approbata a Sixto V. & Gregorio XIV.

Quest. IV. An si debitor immemor sui debiti tantum donet creditoribus, quantum ei debet, excusatur a restitutione?

Resp. Neg. Nisi ex manifestis conjecturis colligatur eum habere voluisse pro soluto si quid deberet. Quia liberalis, & gratuita donatio nec est, nec potest esse solutio necessaria debiti ex iustitia; nam hæc inter se pugnant. Nec refert quod si debitor debiti sui meminisset, gratis non donasset, nam actualis dispositio voluntatis, non autem conditionalis seu conditionate futura attendenda est, & operatur in padis: nam quod non existit actu, nihil efficiere potest. Si autem debitor memor debiti tantum-

dem donet animo se liberandi, quamvis putetur liberaliter donare, satisfacti debito, & sic nil jam debet.

Quaest. V. An debitor liberatur a restitutione, si creditor sui creditor solvat quod debet?

Resp. Multi affirmant, modo debita utriusque sint ejusdem naturae, nec sint alii priores creditores privilegiati, aut hypothecarii. Quia, inquit, solvente tratri meo centum que illi debes, emō & acquirō jus quod habebat exigendi a te centum. At jus quod habeo in te tānti valet, quanti illud quod tu habes in me; & sic haec jura sunt aequalia, proinde inter jura illa est posita compensatio, sive compensatio unius est solutio alterius.

Certe id non licet invito creditore: nam creditor habet jus exigendi & accipiendi id quod ei debetur, & debitor habet obligationem solventi suo creditoris id quod ei debet, nec debitoris est creditoris sui debita solvere. Ex vero in foro extorto usurarum iterum solvere tibi, nisi mea causa factus sis debitor alteri, ut si gerens mea negotia mutuum ab illo accepisti, vel nisi ob rem alterius debitum contraxerim: ut si conditi a te donam, quam tu ab illis condidisti.

Quaest. VI. An excusatur a restitutione, qui non potest restituere, nisi per bona superioris vel inferioris ordinis?

Nota: Bonorum naturalium triplex est ordo. In supremo ordine sunt vita, membra, sanitas, vitiginitas, libertas; in medio honor & fama; in inferiori dividit, & res pecunia aestimabiles.

Resp. Ex communi sententia, debitor non tenetur restituere eum jactura bonorum superioris ordinis, sed in aestimatione prudenti sit longe majus detrimentum quam damnus compensandum. Tum quia creditor non est tunc rationabiliter invitus. Tum quia restitutio fieri debet ut servetur aequalitas: ergo non obligat debitorem ad longe gravius detrimentum patiari, quam sit detrimentum creditoris. Sic per se loquendo non tenetur cum jactura propria vitae restituere famam aequalis tui, vel vendere libertatem tuam ut debita solvas.

Ad restitutionem fieri debet cum jactura bonorum superioris ordinis, si bona inferioris ordinis restituenda ex circumstantiis censentur prudenti iudicio prevalere aut aequivalere bonis superioris ordinis, aut tunc, ita ut damnus bonorum superioris ordinis aestimetur minoris, vel non multo plus quam damnus boni ordinis inferioris. Nam tunc aequalitas reponenda id exigat, & aliqui creditor tunc rationabiliter invitus, cum nulla adfit causa, seu in fama excusatio non restituendū. Sic si ad restituendam famam, vel magnam pecunie summam necessarius sit labor cum periculo morbi facile sanabilis, tunc cum hoc periculo restitui debet, ut vocat Delgado.

Porro bonum inferioris ordinis, sed maximi momenti, vel in magna quantitate, potest moraliter, seu in aestimatione morali & quoad usus humanos prevalere, aut aequipollere bonis superioris ordinis, sed exigui momenti, vel in parva quantitate; quemadmodum argenti in magna quantitate plus valet quam aurum aliquid exiguum, licet aurum ex natura sua sit pretiosius argento, & in specie superioris. Sic etiam quamvis fama ex genere suo fit majus bonum quam divitiae, tamen inspectis circumstantiis in certis casibus hoc illi preponderare possunt in

aestimatione humana; si nempe sint ingentes, & fama exigui momenti, qualis est fama personae suspectae, vel vilis admodum conditionis, quae parvi aestimatur. Ita multi.

Resp. 2. Controvertitur an restitutio fieri debeat per bona inferioris ordinis, v. gr. per pecuniam pro damnato in bonis superioris ordinis, v. gr. pro damnato vitae, membri, famae; si aliter damnus reparari nequeat.

Multi affirmant. S. Anselm. Sylvius, Adrianus, Cajetanus, Sol. Azor, Molina, Valentia, Rebellus, Gradin. &c. Quia 1. S. Th. 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2. docet: Quando id quod est ablatum non est restituibile per aliquid aequale, debet fieri recompensatio, qualis possibilis est: puta cum aliquis alienis ablutis membrum, debet ei recompensare vel in pecunia, vel in aliquo bono, considerata conditioe utriusque personae. Item ad arbitrium boni viri. Et ad 2. Si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare, sicut & in aliis dicitur q. 1. Damnum omne iniuste illatum reparari debet quantum & eo modo quo potest, nec inopertea restituendi ad perfectam aequalitatem liberat debitorem ab obligatione solventi id quod potest: justitia enim commutativa est non modo reddere justum, quantum est aequivale, sed etiam quantum possibile est, si-ve in diverso genere. Praeterea non est univertim verum, quod bona superioris ordinis non possint in aestimatione morali & in ordine ad usus humanos, aliquo modo compensari bonis ordinis inferioris: sic enim defectus formae compensatur per divitias: item hominibus libertatem pecunia venditur, & vitia incolumitatem exponunt pro stipendio. Et vero bona corporis, famae & fortunae in hoc conveniunt, quod sint bona naturalia & utilia; et quae homini naturae optabile, ut si carendum sit hoc genere medicorum, abundet saltem mediis alterius generis. Fateatur quidem vitam & membra non cadere sub commutationem, & commercium civile; et negant inde sequi non deberi in conscientia compensationem pro damnato in illis illato, dicantque pecuniam non dari tunc ut pretium vitae, membri, aut saltem illius usus, vel famae. Hinc concludunt pro nullatione, deformitate, vel alio damno corporis infiri mortem, vel pro fama quae reparari nequeat, fieri debet regulariter aliqua restitutio in pecunia arbitrio prudentis. Pro damnato autem vitae debet fieri compensatio vel in pecunia haereditibus in futurum, si certo conflet occiditum decessisse in actu peccati, vel si hoc non consistet, et applicando tantam partem satisfactioem preciarum, quam nunc Deus novit sufficere in compensationem vitae; nisi tamen reus penam talionis subeat, nam tunc fit compensatio vitae ablatae, juxta illud *Denem pro dentē*, &c. licet remaneat obligatio compensandi alia damna.

Alit multi hanc obligationem negant. *Covarruvias, Navar. Gemer, Lodesma, Lessius, Delgado, Sanchez*. &c. Quia 1. ex l. ult. 6. de his qui offende. *Cicero* cum de deformitati nulla sit aestimatio, quia liberum corpus nullum recipit aestimationem. Et l. 1. in homine libero nulla corporis aestimatio fieri potest. Ergo vita & membra hominis non sunt pretio aestimabilia, & compensabilia. 2. bona superioris & inferioris ordinis non sunt inter se commensurabilia,

nec commutabilia. 3. Ex S. Thom. qu. 62. art. 2. *Restitutio est actus justitiae commutativae, quae in quadam aequalitate consistit. At aequalitas inter bonum superioris & bonum inferioris ordinis nequitur in parte eius potest aliqui bonum inferioris ordinis possit tandem per sui incrementum adaequare ex toto aliud. 4. Justitia non obligat ad restitutionem, nisi res ablata reddi possit in se vel in aequivalenti, sive ex toto, sive ex parte. At bonum superioris ordinis non potest reddi in aequivalenti, etiam ex parte per bonum inferioris ordinis: alioqui hoc per sui incrementum possit illud tandem exaequare. Jam vero inquit, qui nec in toto, nec in parte restituere potest bonum iniuste ablatum, excusatur ob impotentiam. Fateatur tamen Lessius fieri posse, ut sit obligatio ex caritate ad aliquam compensationem pecuniarum pro damnato membri vel vitae &c. Si nempe laesus sit pauper, vel occisi uxore ac liberi sint pauperes, & non putentur mercedem altere profuturū: laesore vero eam sine gravi incommodo praestare possit.*

Prior sententia videtur probabilior. Ad fundamentum oppositae. Resp. Quamvis vita & membra hominis liberi non sint pretio aestimabilia, nec bona superioris & inferioris ordinis fiat commutabilia ad aequalitatem, tamen damnus in bonis superioris ordinis illatum potest aliquo modo, nempe in ordine ad usus humanos, compensari pecunia, quae non datur ut pretium vitae vel famae, sed ut tollantur effectus hujus damni, nempe moror, dolor animi, & alii. Et quamvis bonum superioris ordinis non possit reddi in aequivalenti etiam ex parte, si secundum se spectetur, tamen eius carentia potest aliquo modo compensari, quoad usus humanos: sic defectus formae, vel nobilitatis compensatur divitiis, sic libertas pecunia venditur. Justitia autem obligat ad compensandum damnus eo modo quo fieri potest, saltem quoad usus humanos, si uon possit quoad bonum ablatum. Et vero aequalitas justitiae, quae per restitutionem reponitur, non consistit in ipsi naturis rerum, sed in rationali aestimatione rerum, secundum quod usus humano deservit.

Quaest. VII. Quamvis sint causae iuste differendi restitutionem, vel solvendum debiti?

Resp. 1. Generatim id omne, quod facit ut dominus vel creditor non sit rationabiliter invitus circa dilationem, est causa iusta, propter quam licite differatur restitutio. Quia sola detentio rei alienae vel alteri debet iniusta prohibetur. At est detentio non iniusta, nisi sit contra voluntatem domini: nam omnis injudicialis est contra rectam rationem, ac proinde detentio, quae non est contra rectam rationem, non est iniusta.

solventi eam, & quoad eam dominus esset rationabiliter invitus.

2. EA gravi necessitas tua, vel tuorum, quae sustentare teneris, nisi tamen creditor sit in pari necessitate. Ex l. 133. §. de regulis juris tibi: *In condemnationem persequarum; quae in id quod facere possunt, condemnantur; non totum quod habent extorquentur est, sed & ipsarum ratio habenda est ne egeant.* Et ex c. 3. de solut. Quia tunc creditor non potest rationabiliter exigere solutionem; cum ipse teneatur proximo gravi necessitate laboranti optulari, vel donando, vel saltem mutando. Quod si creditor sit in pari necessitate, ex communi sententia ei satisfaci debet; quia tunc efficit rationabiliter invitus quod ei non restituatur: cum ex ordine caritatis possit, ceteris paribus, sibi potius quam debitori velle consulere: sitque melioris conditionis, utpote possidens jus exigendi solutionem ex justitia debitam, nec extra necessitatem extremam omnia sint communia.

3. Magnum periculum salutis animae propriae vel eorum, ut si periculum sit ne filius tuus praecogitatio sit profuturus, vel ne filii laetentur; ita tamen ut non suppetat alia via commoda id evitandi, nisi differendo solutionem. Nam tunc creditor vel dominus tenetur ex caritate consentire dilatori, cum debitor sit in gravi necessitate spirituali.

4. Magnum detrimentum in rebus propriis non debitis, modo creditor simile damnus non patitur ex dilata, & postea debitor certo fit restitutus. Nam tunc creditor non est rationabiliter invitus circa dilationem; ipse enim rationabiliter velle sibi tunc concedi dilationem si est debitor; tenetur autem tractare debitorem suum eo modo quo vellet rationabiliter tractari in pari casu. Item contra requiritur naturalis aegeret, si velle sibi statim restituere cum tanto alterius incommodo. Quare qui non potest statim restituere centum aureos, quod debet, nisi domum vel praedium vendendo multo minoris quam valet, potest aliquamdiu differre solutionem. Idem dic si non potest statim solvere sine periculo gravis infamiae; cum fama sit bonum praestantius divitiis.

Dixi, in rebus non debitis. Nam si debitor restituendo patitur tantam jacturam in rebus debitis, vel in luero quod lucendi facere ex rebus debitis, non potest licite restitutionem differre: hoc enim non est damnus, pari in rebus suis, sed reliquere alienas vel alteri debitas, & non facere lucrum ex alieno vel alteri debito. Excipit, nisi sine illis luero aliis creditoribus satisficere nequeat: tunc enim creditor tenetur ex caritate permittere dilationem, si commode possit, & contra rectam rationem velle sibi statim restituere cum tanto aliorum creditorum damno, quod dilatare solutionis vitari potest sine magno ejus damno.

5. Si debitor non potest restituere sine damno in bonis alioris ordinis longe majorem quam fit commodus creditoris. Nam aliqui non servarunt aequalitatem: ideoque tantum restitutio sine injuria exiguntur.

6. Ex jactura propriae status, iuste acquisiti, modo debitor sua culpa in hoc periculum sese non conjecerit, nec idem periculum subeat creditor. Quia tunc creditor peccaret contra caritatem si velle sibi satisficere cum tanto incommodo debitoris, & sic non

est rationaliter inuitus. Tenetur tamen debitor restituere vivere secundum statum, & sibi detrahere quantum potest de splendore & decore, que non sunt absolute necessaria ad statum conservandum, ut sensim restituere possit: nam decencia status non consistit in indivisibili. Ita Lessus & alii. Et generaliter quilibet debitor ex iustitia tenetur opera, labore, parsimonia, vel alia via sibi moraliter possibili curare, ut acquirat unde debita omnia solvat, nam obligatus ad finem obligatur ad media, saltem non nimis difficilia, sine quibus finem consequi non potest.

Dixi 1. Iuste acquisitum. Nam si quis rapinis, u-furtis, fraudibus, furtis, aliisve iniuriis ad aliquem statum pervenisset, ex communi sententia tenetur cum ejus jactura statim restituere. Quia hoc non est statum suum amittere, sed alienum ac iniuste possessum relinquere, & ad proprium reverti. Consulendum est tamen fame debitoris, quantum fieri potest.

Dixi 2. Modo debitor sua culpa &c. Nam si debitor sua culpa, puta ludis, commensationibus, superfluis sumptibus & aliis reductus sit (ut faciunt multi nobiles) non meretur dilationem, & sibi imputare debet quod non possit restituere sine sui status amissione. Ita Sotus, Toletus, Lessus & alii.

Dixi 3. Nec idem periculum &c. Nam ex sententia communi, si creditor ob dilationem solutionis amissurus sit statum iuste acquisitum, non debet differri solutio. Quia extra necessitatem extremam in pari causa damni potior est conditio creditoris, ob jus habendi rem sibi debitam, quod possidet, & quia tunc est rationaliter inuitus circa dilationem, cum ceteris partibus possit secundum ordinem caritatis se aliis preferre.

7. Damnum spirituale, vel temporale grave ipsi creditoris, vel alicui tertio probabiliter eventurum ex restitutione. Nam tunc creditor non est rationaliter inuitus; si enim damnum ipsi imminet, tunc differendo, ejus negotium utiliter perit: si aliis, ipse tenetur ex caritate pari dilationem sibi graviter non damnosam, ad vitandum gravius damnum proximi. Immo ex caritate tenetur differre solutionem, si creditor pecunia restituenda certo abusus esset ad peccandum, & spes sit, dilata solutione, malum illud impediri iri. Quia ex caritate tenetur impedire damnum grave spirituale proximi, etiam cum aliquo ejus incommodo temporali, si possumus sine nostro gravi damno, ut patet ex correctione fraternam, dum adhibentur testes. Item secundum communem sententiam, ex iustitia tenetur differre, si creditor re soluta abusus sit contra iustitiam, v. gr. si furens reperit gladium apud te depositum ad occidendum inimicum, tunc enim gladium reddere, esset proxime cooperari homicidio; & alter jus habet ne in talibus circumstantiis gladium restituas, nisi ex recalculatione aequale malum tibi impendat.

Quaest. VIII. An est obligatio compensandi lucrum cessans & damnum emergens ex dilutione solutionis, vel restitutionis?

Resp. Debitor, qui ex culpa fuit in mora solvendi tempore debito, tenetur illa compensare: quia peccavit contra iustitiam, & ex peccato contra iustitiam dicitur obligatus restituendi damnum inde le-

curum. Quod si sine sua culpa non restituit tempore debito, adhuc ad id tenetur, si debitum erat ex delicto. Quia iniuria precedens est causa illorum, cum sine illa non contingerent, & debitor ex delicto tenetur creditorem restituere in eum statum in quo fuisset, si iniuria illata non fuisset: aliqui non ita recte restituitur, & tollitur iniuria.

Sed juxta multos non tenetur debitor ex contractu iusto, nisi fuerit culpabiliter in mora. Quia non est causa iniuste nequidem mediata lucri cessantis vel damni ex dilutione obveniens creditoris: siqua videntur contractus intelligi; & quia ex reg. jur. 4. in 6. Insuperari non debet ei per quem non fiat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. Recte limitant, nisi differat solutionem precise ad vitandum damnum aliquod grave, quod statim solvendo pateretur, & non ob necessitatem extremam vel gravem. Nam tunc debitor ex contractu tenetur compensare creditoris lucrum cessans, & damnum emergens ex dilutione illa licet iusta; quia in pari casu potior est conditio creditoris possidentis jus exigendi solutionem; & par non est ut debitor se ipsam servet indemnum cum damno creditoris, qui solvere potest: unde creditor non tenetur aliter consentire in hanc dilutionem.

P A R T I I I

De iniuria in particulari, & necessaria restitutione.

CAPUT PRIMUM.

De iniuriis & damnis in bonis spiritualibus, & necessaria restitutione.

Nota. Bona spiritualia alia sunt naturalia, ut potentiae naturales, scientiae, & artes, eorumque usus; & alia supernaturalia, que ad anime sanctitatem, & salutem immediate ordinantur, ut sunt gratia, virtutes infuse, earum actus, bona merita, sacramenta &c.

Quaest. I. An qui iniuste laesi alterum in bonis spiritualibus naturalibus, tenetur ad restitutionem?

Resp. Qui veneno, potionem, vel alio modo alicui memoria, vel usu rationis aut alterius potentiae naturalis privavit, aut maleficiis demeravit, vel qui ad fraude pertraxit ad aliquid mendacium, ex quo tale damnum secutum est, peccavit graviter contra iustitiam, & tenetur ex iustitia tollere ac curare illa mala, si potest, & restituitur omnia damna inde secuta. Et communis sententia. Quia illorum causa fuit per injuriam, violando jus quod proximus habet ad bona naturalia, quodque non minus strictum est, quam jus ad bona externa que possidet.

Item qui alteri causa est iniusta damni in scientia vel arte, sive quia vi, fraude, aliaque via iniusta aliquos prohibuit ab acquisitione vel usu earum; sive quia cum ex officio, aut pacto tenetur alios docere, notabiliter fuit negligens in docendo, aut sine debita peritia manus docendi suscepit; sive quia culpabiliter falsa pro veris docuit, &c. tenetur omnia damna inde ipsi & aliis secuta restituit, & revocare que falsa docuit. Nam qui actione vel omissione iniusta posuit causam damni, tenetur causam illam tollere, & damnum omne inde secutum restitui.

resarcire; alioqui iniuria non tolleretur, nec resarciretur.

Quaest. II. An qui alterum laesi in bonis supernaturalibus tenetur ad aliquam restitutionem?

Resp. 1. Qui alterum vi, metu, vel fraude, vel alio modo iniuste induxit in peccatum, vel abduxit a bono opere, aut deceptit falsa doctrina contra fidem vel bonos mores, tenetur ex iustitia vim ac seductionem tollere, fraudem, & errorem aperire, removere causas ulterioris lapsus, & curare, quantum fieri potest, ut alter restituatur in eum statum de quo iniuste eum deiecit; v. g. inducendo ad peccatum; & orando Deum pro eius conversione &c. Et communis sententia. Quia est causa iniusta talis damni; quilibet enim habet jus ne iniuste laedatur in bonis anime; sicut in bonis corporis. At talis iniuste laedi; nam quisque habet jus ne decipatur in suis bonis, & ne vis ei inferatur sine iusta auctoritate, que nequit esse ad peccatum, & errorem. Ergo tenetur causam damnorum, quam iniuste posuit, tollere, & omnia damna jam ex ea secuta restituere. Hinc qui prava dogmata docuit, tenetur revocare, & quantum potest, disseminatos errores ex animis evellere, etiam cum damno vitae.

Resp. 2. Ex communi sententia, qui sine vi, metu, fraude & deceptione alium in peccatum induxit, non tenetur ei ex iustitia ad restitutionem, nisi sit prelatus, vel alius qui ex officio tenetur promovere bonum spirituale suorum. Quia ubi non est vis, nec fraus, nec deceptio in inductione, nec culpa contra officium, iniuria non est, quippe que scienti ac sponte volenti fieri nequit. Talis tamen tenetur ex caritate, plusquam alii, curare ut alter convertatur, nam caritas, & aequitas exigit, ut is qui malo suo exemplo, vel consilio alium pervertit, curet pro ceteris ut convertatur. Si quis tamen etiam solo consilio vel precibus induxisset alterum in peccatum iniustitiam contra tertium, peccavit contra iustitiam: nam inducens peccat contra virtutem, cui opponitur peccatum ad quod inducit, & in defectum inducti tenetur ei tertio de damno; quilibet enim habet jus ne quis positive cooperetur ad eius damnum sine ejus consensu, vel sine iusta causa, & auctoritate.

Quaest. III. An qui averit aliquem a Religione, tenetur ad aliquam restitutionem?

Resp. 1. Qui metu, calumnia, fraude, mendacio, aliove modo iniuste impedit vel averit aliquem a Religione ingressu aut professione, peccat graviter contra iustitiam, & tenetur vim ac fraudem tollere, & ei si suaderet ingressum seu reditum, & monasterio compensare quanti valebat spes commodi temporalis, quod ex ipsius donatione, labore ac industria expectabatur, si iniuste abductus non fuisset. Et communis sententia. Quia utrique fecit injuriam damnosam; nam quisque habet jus strictum, ne via iniusta bonum ejus impediatur. Talis tamen seductor non tenetur ipse religionem ingredi: tum quia forte non est aptus; tum quia status religionis, cum sit status perfectionis, requirit Dei vocationem, & nullus ad illum nisi sponte volens admitti debet.

Resp. 2. Ex communi sententia, qui alterum sine vi, fraude, mendacio, aliaque via iniusta, sed sine iusta causa averit a religionis ingressu, vel profes-

Antoine T. heol. Moral. T. II. P. 1.

sione, non tenetur ad restitutionem; quia nemini fecit injuriam. Sed peccat contra caritatem, retrahendo eum sine iusta causa a maximo bono; & constat ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 12. ubi excommunicat eos, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli occidendi, vel voti emittendi, quovis modo sine iusta causa impediunt: nam tanta poena supponit culpam mortalem. Eadem autem est ratio si juvenis vel vir abducatur a religione. Nulla tamen erit culpa, si addit causa dissuadens religionem, ut si quis non sit aptus, vel si in illa religione, seu monasterio observantia religio non vigeat, vel si parentes graviter egeant filii auxilio. Licet etiam parentibus, si pudenter dubitent de viribus vel constantia suorum liberorum, illos ad tempus non longum retinere, & probare; sed graviter peccant, si eos exponant periculis peccandi, vel alliciant pro se aut alio ad voluptates, aliaque illicita, ut sic a proposito avocent.

Resp. 3. Qui religiosum, est sine vi, & dolo, sed solo consilio vel precibus a religione abduxit, tenetur ex iustitia compensare monasterio damna temporalia inde secuta. Quia fecit injuriam religioni, nam hac habet jus retinendi suos subditos tantquam membra, & religiosus pro vota totum se tradit religioni in honorem Dei, & sic religio habet jus ad comoda que praestitisset, & quibus privatur per abductionem. Sic abducens servum a domino, tenetur ad restitutionem.

CAPUT II.

De iniuriis in corpus proximi per homicidium, & mutilationem, & necessaria restitutione.

Nota 1. Praecepto Non occides prohibentur homicidium, mutilatio, percussio, & similia afflictio ac demeratio corporalis injuria, item horum cause, & dispositiones, ut odium, vindicta, ira, timor &c. Immo ut a Christo explicatur, est etiam affirmativum, praecipiens humanitatem, mansuetudinem, patientiam, & injuriam condonationem.

Porro homicidium, quod est iniusta hominis occisio, gravissimum crimen est, cum per illud iniuste adinatur proximo bonum temporale maximum & irreparabile. Fit etiam gravis ex circumstantiis persone que occiditur, ut si sit pater, circumfluens, nescius, clericus &c.

Nota 2. Est de fide licite occidi bruta animalia in usus hominum, ex Gen. 9. Omne quod movetur, & vivit, erit vobis in cibum: nam homo est dominus animalium ex Gen. 1. Dominumque piscibus maris, & volatilibus caeli, & universis animantibus, quae moventur super terram. Tenetur tamen homo abstinere a crudelitate, qua utendo, & bestias doloribus sine causa conficiendo, peccat saltem venialiter: quia in hoc est quadam inordinatio, & abusus domini. Hinc illud, Prover. 10. Novus justus jumentorum suorum animas: viderat autem impiorum crudelitatem.

Quaest. I. An licet peccatores occidere?

Resp. 1. Licet auctoritate publica occidere peccatores Resp. noviss. Prof. 1. Ex Brodi 22. Maleficus non poterit vivere; & ad Rom. 13. de suppre

mo Principe dicitur: non sine causa gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui malum agit. 2. Quia talis potestas necessaria est Reip. ad bonum commune, publicam tranquillitatem, ideoque a Deo Reip. concessa est. Et quia pars noxia tot, potest ob totius conservationem excludi, cum pars sit propter totum.

Resp. 2. Non licet auctoritate privata peccatores occidere, praesertim propter eorum scelera. Ita omnes, ex Matth. 16. Omnes qui acciperint gladium, gladio peribunt. Et ex cap. Quicumque, 23. qui. 8. Quia non licet occidere peccatores, nisi auctoritate a Deo concessa propter bonum commune; ac proinde id ad eum solum pertinet, cuius est procurare bonum publicum. Nec obstat quod interdum permittatur, ut quisvis possit occidere quosdam subditos Reip. publicos hostes; quia tunc non occiduntur privata, sed publica auctoritate concessa a principe.

Sed an licet verberare aliquem ob culpam quam admisit?

Resp. Non licet, nisi habenti potestatem in delinquentem. Quia (ut ait S. Th. 2. 2. q. 65. art. 2.) Per verberationem nocentium infertur corpori etus qui verberatur; nocentium autem inferre alicui non licet, nisi per modum poenae propter justitiam. Nullus autem iuste poenit alicui, nisi sit ejus jurisdictioni subiectus. Et ideo verberari aliquem non licet nisi habenti potestatem aliquam super illum, qui verberatur. Et quia filius subditur potestati patris, & servus potestati domini, licite potest verberare pater filium, & dominus servum causa correctionis, & disciplinae. Item dic de Magistro, & Tutore, qui gerunt vicem patris.

Quaest. II. An licet occidere uxorem, vel filiam in adulterio deprehensam, vel ipsam adulterum?

Resp. Neg. Et communis sententia. Prob. 1. ex cap. Inter haec, & seq. 33. q. 2. Et ex S. August. lib. 2. de adul. conjug. c. 11. ibi: Non licet uxorem adulteram occidere, sed tantum dimittere. 2. Quia non licet propria auctoritate, ut patet, neque etiam ulla lege humana potest id fieri licitum: tum quia ubi observari potest ordo iudicii, iniquum est reum inaudiri, desertum omni defensionis remedio, nullum servari ius ordines, & sine iudicio punire, poenae executionem committere ipsi offenso, & quidem illico, cum ante recentem offensam maxime perturbatus est. Hinc reg. iur. 26. Non est poenitentia concedenda, quoad per magistratum publice fieri possit. Tum quia est contra civitatem sine urgente necessitate reculare reo spatium ad penitentiam, sed illum statim cum periculo certe damnationis aeternae occidere. 3. Alexander VII. damnavit hanc propositionem: Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam. Porro leges civiles, quae hoc factum non improbant, id faciunt per meram tolerantiam, ne videantur favere adulteris, & ob justum ac gravissimum dolorem in tali casu, & vehementiori ira motum, quem quis facile temperare nequit.

Quaest. III. An licet seipsum occidere, aut mutilare? (Vid. N. 256. 23. 222.)

Resp. 1. Non licet sine auctoritate divina seipsum occidere. Ita omnes. Constat 1. ex S. August. lib. de Civit. cap. 47. & cap. 5. & seq. 23. q. 5. & ex

generali precepto. Non occides. 2. Quia homo non est dominus vitae suae, sed solus Deus, ex Deuter. 32. Ego occidam, & ego vivorem faciam. Ergo homo non potest sine auctoritate Dei seipsum deicere; nam est illicitum & iniustum deservire rem alterius sine ejus consensu, & ius ejus usurpare; destructio enim rei propria auctoritate facta, est actus dominii in illam. 3. Quilibet pars id quod est, est totus; quilibet autem homo est pars communis civitatis: unde in hoc quod seipsum interfecit, iniuriam communitati facit, ait S. Tho. q. 64. art. 5. Porro Martyres qui se in rogam conciebat, id fecerunt ex speciali Dei inspiratione, ac proinde auctoritate divina.

Hinc 1. Non licet auctoritate privata occidere aliquem volentem, & petentem: quia nullus potest dare hanc facultatem, cum solus Deus habeat dominium vitae. 2. Nunquam licet vim erga seipsum dimittere, quae per se mortiferi, qui immediate, & ex propria natura tendunt ad mortem, ut jugulatio, strangulatio, sumptio veneni, precipitatio ex alto loco, projectio in rogam, & similes; quia esset seipsum directe, & positive occidere. 3. Quilibet tenetur vitam & membra conservare mediis ordinatis: tum quia sicut Deus vetat propriam vitam sibi auferri, ita jubet, ut quisque tanquam a Deo constitutus vitae ac membrorum suorum cultus, vitam ac membra conservet; tum quia moraliter censetur mortem sibi inferre qui non utitur mediis, quae auctor naturae providit ad ordinariam vitae conservationem. Tamen iuxta multos non tenetur uti mediis valde extraordinariis, vel pretiosissimis cum iactura omnium honorum, quia hoc non est occidere, sed solum suam mortem permittere ob justam causam.

Resp. 2. Ex communi sententia licet ob gravissimum ac justam causam aliquid facere, vel omittere, unde praeter intentionem mors certo sequatur; nam non est prohibitum homini ne vitam suam periculis inquam exponat, nec preceptum est, ut semper conetur cum positive servare quantum potest, sed tantum ne abique justa causa illum periculo exponat. Sic miles potest, & tenetur manere in statione ob bonum commune; & aggredi hostes cum certo mortis periculo. Item reo morte damnato licet non fugere, & carere ad satisfaciendum Deo, & republicae.

Resp. 3. Non licet seipsum mutilare, nisi hoc sit necessarium ad salutem corporis. Ita omnes. Quia homo non est dominus membrorum suorum, sicut nec uti ipsius; sed habet dumtaxat convenientium usum & administrationem ad bonum totius corporis. Hinc nunquam licet castrare ad vitandas tentationes, servandamque castitatem: idque vetat Concilium Nicen. I. canon. 1. Nam mutilationem quam est medium necessarium ad salutem animae, cum membra perniciam animae nunquam afferre possunt: aliqui Deus prave naturam instituit. Immo haec mutilatio non est remedium ad castitatem utile, cum non tollat tentationes carnis, ut docent SS. Patres Basil. Chryostom. & August. Item non licet parentibus castrare pueros, uti consentientes, ad conservandam vocis suavitatem, etiam in obsequium Ecclesiae, quia solus Deus est dominus corporis & membrorum: qui sic concessit homini utrumvisque mem-

membrorum, ut eorum abiectionem permiserit tantum ob salutem totius. (1.)

Dixi, Nisi sit necessarium &c. Quia pars ordinatur ad totum, & est propter totum: ergo refectari potest membrum ad servandum totum corpus. Immo tenetur homo permittere abiectionem membri, si haec a medicis iudicetur necessaria ad vitae conservationem, nec perferendum sit acerbissimi doloris; quia tenetur vitae suae periculis opulari, mediis non valde diffidibus, cum sit eius cultus, & oeconomus, non dominus. Quod si ingentes cruciatus perferendi essent, non tenetur id permittere, ut docent passim Doctores. Quia non tenetur vitam conservare mediis nimis acerbis, & moraliter impossibilibus, nisi tamen ejus vita censatur bono communi necessaria.

Quaest. IV. An licet aliquando occidere innocentem?

Resp. 1. Nunquam licet directe occidere. Ita omnes. Ex Exod. 23. Insonem, & iustum non occides, quia adversus impium. Nam nullus homo habet dominium vitae alterius, sed solus Deus. Hinc non licet infantes vel uxores hostium in bello etiam iusto captos occidere, ut parentes oblecti se, ad filios a nece liberandos, dant. Nec etiam licet rabiosos suffocare ne alius noceat, sed debent includi, vel alligari. Quod si quem iniuste aggrediantur, is solum potest vim vi repellere, cum debita moderatione, nec plus quam necessarium est ad vitam tuendam.

Resp. 2. Licet interdum ob gravissimum causam aliquid facere vel omittere, unde praeter intentionem sequatur mors innocentis. Ita passim Doctores qui docent, 1. in bello iusto licere duos ad expugnandos hostes dirigere tormentum bellicum in rurim, vel accem, in qua innocentes aliquid praeter ejus intentionem perituri sunt: tunc enim non censetur moraliter causa illorum mortis, sed solum illam perire; nam utriusque iure suum non imputatur effectus praeter intentionem secutus.

2. Licet civitati cogere civem innocentem ad adendum tyrannum, qui civitatis excidium minaretur, nisi civis ille sibi traderetur, quamvis praevideretur occidendum. Nam civitas potest cogere cives ad id, ad quod iure naturali tenentur: ut innocens ille iure naturali tenetur vitam certo mortis periculo exponere propter bonum (*) commune. Quod si civis ille nollet obtemperare, iam vere non esset innocens: unde jam posset a Rep. tyranno tradi. Secus, si tyrannus peteret virginem ad illam stuprandam: nam non posset a Rep. cogi ad adendum tyrannum, tum propter animae periculum, tum quia il-

lum adire in talibus circumstantiis est consentire luxurie.

Quaest. V. An inquam licet procurare abortum?

Resp. 1. Per se semper est mortale directe impedire, nec fetus humanus concipiatur, aut conceptus amittatur, vel factum ejicere. Prob. 1. ex S. Basil. epistol. ad Amphil. Quia de industria fetum corrupti, cadis poenae luit. Formati autem vel informis subtilitas a nobis non attenditur. Et ex Concilio Elberti. Anceps. Mogant. Wormat. & ex cap. de homicid. ibi: Si aliqui causa expellendi foetum, vel educti mediantibus homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum nasci, ut non possit generare aus concipere, vel nasci foetus, ut homicidii tenentur. 2. Innocent. XI. damnavit hanc propositionem: Licet procurare abortum ante animationem factus, ne nulla deprehensa gravida occidatur, aut infanetur. 3. Hoc repugnat bono speciei humanae & naturali fini seminis humani, quod ex se ordinatur ad generationem & speciei humanae conservationem, ac propagationem: ideoque ingens scelus est. Idque debuit in omni casu a Deo prohiberi; nam si id aliquando liceret, periculum esset ne homines delectatione copulae contenti partum proli negligenter, & saepe impeditur ex aliquo praetextu, ut curis, & laboribus proli liberarentur: quod cessat in detrimentum speciei humanae, & foret occasio fornicationis, & stupris, a quibus absterret timor proli. Hoc tamen scelus non proprie, ac stricto homicidium, ex c. 20. de homicid. ubi dicitur non inducere irregularitatem: nempe fetus inanimatus non est simpliciter, & complete homo: homo enim est compositum ex corpore & anima spiritali unitis.

Resp. 2. Qui animato fetui abortum procurat, vere ac proprie homicidium committit. Nam revera foetum iniuste occidit, ideoque fit irregularis, ex cap. cit. Item ex confit. Sixti V. & Gregorii XIV. excommunicatus est: quod si parens id faciat, vere fit parricida. Quare nunquam licet abortum fetus animati procurare, etiam si aliqui fit periculum ne fetus simul cum matre intereat: quia nunquam licet occidere innocentem, etiam ad servandam alterius vitam. Idem dici si dubium sit an fetus sit animatus; quia esset se exponere periculo occidendi Innocentem.

Hinc moraliter peccant medici vel alii, qui dant potionem ad procurandum abortum, sive fetus sit animatus sive non, & mulieres fumentes. Item qui abortui occasionem praebent etiam praeter intentionem, donec operam rei illicitae, vel debitam cautionem omitiendo, ut si quis percutiat mulierem

(1.) Benedictus XIV. in Opere de Synodo Dioecel. lib. 2. cap. 7. l. 4. & 5. nov. edit. ait: neminem abiectionem posse in se permittere, nisi de consilio Medici ad servandam vitam: & quantum Theologi quidam admittunt, ut possit quis in eversionem suam consensio ad vocis suavitatem servandam, ut dicitur in Ecclesia canon. &que infra. vultum sibi bonum procurare possit, alius tamen Theologorum id negantem opinio communis obtinuit. Disputatio vero Canonica non ex vi Capituli significavit, sub titulo de corpore vitiatu, Sacerdos, qui id in se

commiserit, possit nunquam Diaconi, aut Sacerdoti in Missa exercere: verum est ex vi ejusdem Capituli, Sacerdotem illum posse benedicere. Sacramenta Baptismi, Penitentiae, ac Extremae Unctionis administrare de licentia Episcopi; constat tamen Administrationem Injustam incurere notam irregularitatis: nec Episcopo inesse facultatem, ut deo licentiam se coarandi.

(*) Sive inevitabilem necessitatem.